FRIDERICI NAVSEAE BLANCICAMPIANI, ECCLEsiastæ Moguntini, Miscellaneaꝫ libri duo, quorũ prior est pro Horis Canonicis, alter vero pro sacrosancta Missa Apologeticus.

¶Adiuncta est præcipua eiusdem Nauseæ Homilia in commendationem primitiarum Missæ.

Iohannis.18.
¶Si male loquutus sum, testificare de malo. sin bene, quur me cædis?

ANNO. M. D. XXXI.
Mense Augusto.

Cum gratia ⁊ priuilegio.



REVERENDO IN CHRISTO PAtri ac domino. D. Marquardo à Stein Moguntinẽsis, Bambergensis & Augustensis Ecclesiaꝝ Præposito, &c. longe dignissimo & amplissimo Fridericus Nausea salutem.

NON sum facturus, opinor, operęprecĩũ Reuerende in Christo pater ac idẽ dñe inprimis gratiose, si multis (vt vere possem) sim probaturus, quàm mea nuper modis fuerit oĩbus pro vsu Horaꝝ, quas appellãt, Canonicaꝝ plerisq; oĩbus, & pñssimis præsertim quibusq; necessaria defensio: quum esse nequeat tã à sensu cõmuni alienus, quẽ possit hoc ipm latere. Siqdem tã fuerit illa optimoꝝ quorsq; testimonio prorsus necessaria, vt nisi ipsam pro hoc loco & tpe pstitissem, cœptæ fuissent eædem nõ secus apud nros horæ negligi atq; sunt apud alios omino sublatę & à multis (qd nollẽ) posthac fortassis è medio tollẽdę. Rationes in hoc primo nostraꝝ Miscellaneaꝝ libro in promptu sunt.

¶Iam vero (qd submiror) tã mihi illaꝝ video eẽ defensionis æditionẽ prorsus necessariã, quã fuit illa ipsius alıȷs vndecũq; necessaria declaratio. Qñquidẽ nõ desint ex nri ordinis hominibus paulo morosioribus, q (vt & alıȷs) hac desensiõe vel proinde putẽt se nõ vulgariter offensos, qd corã palãq;, licet coactus, dixerim, q indiscriminatim oẽs, q sacris sunt initiati & sacerdotıȷs paulò liberalius dotati, nõ mõ inter diu & noctu eas ipsas horas vel legere vel canere, sed & deuota mẽte simulq; sensu intelligibili, legere vel canere oporteat, vt q etiã nũ addiderim, quãta maneat eos, deo vindice, pœna, q min⁹ seruarẽt, qd ex sacris eloquıȷs side nõ dubia pscriberẽ. Nec eñi dixi, qd (vt ipse corã nosti) sua careret scripturaꝝ authoritate, q tã est solida vt eã à qpiã solui haud queat, ac ita veritas demũ vincit. Veꝝ eñ uero, qs nõ istos vẽtres pigros, maleferiatos, adeoq; planẽ Philosomatos, Amusos, Analphabetarios & cõsciẽtiã habẽtes plusq cauteriatã potius subsannet q miret, eorũq; blateramenta nugarocia aure sinac surda pterfluere, q sic clausis, qd dici solet, oculis Andabataꝝ more digladiãtur nulli ad hũc sanẽ modũ magis q sibi suæq; causæ nocentes interimq; (dictu horrẽdũ) tã veritatis (quæ tñ, modo eã vellẽt probe intel-

intelligere, in ipsorũ esset salutẽ) impatiẽtes, vt nullos æque vatiniano odio persequãtur atq; eos, q vel ex officio veritatem profitẽtur. Sed ais, hoc q̃d, vtcũq; verissime & opt. doces, scandalizat istos. Cui ego. Audi q̃d de illis ita p se scãdalizatis os veritatis, Chr̃s æterna dei sapiẽtia: Om̃is, inq̃t, plãtatio, quã nõ plantauit pater meus cœlestis eradicabit. Sinite illos, cæci sunt, & duces cæcorũ. Nõne, q̃so, idipsũ merito qs ĩ eos vsurpet, q se nolũt ad horarũ Canonicarũ lectionem obstrictos, quũ rorim interim sunt beneficijs, q̃ voeãt, onusti, maxime, quod vel ipsi apud om̃es protritũ hoc iactitẽt adagiũ. Beneficiũ dari propter officiũ. Nec minus exæcutiũt, q arbitrãtus earũ lectioni non tã opus eẽ attentiõe & deuotione quàm ipse adfirmo, sed qualecũq; sufficere murmur boatumq;, quũ interim dñs tãtopere post prophetã in eos inuehat, q labijs honorẽt ipsum, corde procul absente. Insuper quis neget eos quoq; dici esseq; cæcoa, q quod ignorãt, doceri renuunt, quum tñ passim fit in ore omniũ, q̃d vice prouerbij dici adsolet. Legere & nõ intelligere, est negligere, q̃ñ interea Eunuchus ille à deo vocatus negauerit, se scripturam nullo doctore intellecturũ.

¶Hæc nimirũ sunt, q̃bus, isti tantopere se per me phibent læsos, q̃ tamẽ ego (vt ipse tum p̃sens haud ignoras) p transennam dũtaxat & paulò modestius, id exigente tum argumento, in ipsorum partea potissimum eloquutus sum, cõniuens interim ex composito ad tot tãq; ad non diu ferendos abusua, nec quod sciam, hactenus ab vllo vel q̃libet schismatico tactos, ob quoa plerique omnes, quales quales sumus, apud aduersarioa male audimus, suo fortassis tempore commodius (vt spero) taxandos & tollẽdos. Nec interea facile sum auditurus, qui me contra conscientiam meam vel semper vel hac saltem tempestate paulò iniquiore malint de eiusmodi nostris abusionibus (materia etiamnum dicendi copiam sine quorumeunq; scandalo liberam ferẽte) tacere, vel paulo secretius dicere, quàm vt tot tamq; non pœnitendos amicos sim offensurus, maxime, qui prorsus nihil apud eos proficiã, apud quos sic aliq̃t vitia sua altẽ egerunt radices, vt à me vel mei similis quopiam nec queant euelli nec eradicari, nempe quorum authores sint vel Pharaone obstinatiores vel Gryllo induratiores: Id quod cæteros apud nos summopere aiunt pensi habere Ecclesiastea. Cui rursus responderim. Prædicent alij vt colluber, ego sanẽ ex eorum me numero esse nolim, qui loquuntur placentia, quibus pruriunt aures, vtpote qui sic omnibus ex animo concupiuerim in omnibus & ad omnia cum Apostolo placere, vt interim tamẽ

cum eodem Christi sim seruus nunquàm non mansurus, haud ignarus, quantum mihi in veritate odium apud aliquot paream, qui obsequio possim apud eosdem habere amicitiam sine tamen aliquo commodo, quod nec vnquàm audiui, cui maior Platone veritas est amica, qui non ignoro, eum dei inimicum certo constitui, qui huius seculi voluerit esse amicus. Absit aũt tanti sim poenitere em ptitus, qui vitam potius sim cum morte commutaturus, nec interim latum vnguem ab eo, quod rectum est, discessurus.

Quod vero velint me hoc prorsus tempore de nostris in vniuersum vitijs, etiam de his, quæ supra quã dici potest, aperta sunt & plus quàm noteria, silere, quum nec sileri vllo queant modo, sic materia sese palàm offerente, tunc vtiq; à me impetrabunt, vbi quod culpandum est, facere desiuerint. Nec enim ego quenquàm verbo euangelico, sed ipsi suo malo exemplo vel quàmlibet ignauo ascãdalizant. Si nolunt quod ex officio compulsi dicimus audire, deñt operã ne id agãt. Alioqui quomodo tutus silebo contra eum, qui tam seriò mihi iubet, Clama (inquiens) ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuã, & annuncia populo meo scelera eorũ, & domui Iacob peccata eorum. Si me dicẽte ad impium, morte morieris, non adnuntiaueris ei, neque loquutus fueris, vt auertatur à via sua impia & viuat, ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. Num (obsecro) tanti domini tam terribilem sententiam quouis modo negligam, simulq; & mecum alios silentio meo damnem? Absit. Nihil enim mihi vnquàm tam debuerit esse charum, cuius lucrum animæ meæ dispendio velim commutare, quam & aliorum mihi tam sit curæ salus (Deum appello) vt penè cum Apostolo optarim, anathema esse à Christo pro fratribus.

Nec est, quod in vllius vnquàm loquutus sim odium, qui omnibus bene volo. Quàmuis sint qui ex sua detestanda iniquitate & malitia qua opplentur etiam optima quæq; in sinistram vertant partem, de sibi ignotis adfirmãtes, quasi cordium scrutatores, qui de nostris concionibus nescio quæ aliquoties inter crapulandum garriunt, quibus cum Herode nunquàm intersunt, fidem suam nescio quibus perniciosissimis adulatoribus obstringentes, iudicantesq; nullo ordine, parte altera haud dum audita, nimirum prorsus indigni, vt eos pili faciamus. Qui à Pilato rogati, quidnam mali fecerit Christus, in manu nõ habent aliud quod respondeant, quàm quod isti Pilato: Crucifige, crucifige, Blasphemauit, Imò & seditiosus est (inquiunt) commouet

populum

populum sua doctrina per vniuersam Iudæam, exorsus à Galilæa ad hanc vsque ciuitatem. Hoc videlicet peculiare crimen est euangelicæ veritatis, commouet populum & seditionem mouet, impiis aduersus inuisam veritatem insurgentibus. Quum interim bonus ille Iesus nihil doceat præter veritatem, iustitiam, pacem, & vnanimitatem, nec plebeiorum nec Ecclesiasticorum gratiam venans, contentus vt quoquo modo multos possit vel nolentes saluos facere. Rem puto habes. Ita nimirum quod hactenus feci, facturus sum & deinceps superis bene fauentibus, id est, operam daturus sum pro virili, quàm potero maximâ, vt (deo duce) mecum saluos faciam multos, vtcunque voce nec blanda, nec mellita, nec omnibus grata, modo multis proficua. Siquidem tolerabiliora sint amici vulnera, quàm adulantium oscula, salubriorque sit correctio amore abscondito.

Sed hac de re suo fortasse loco & tempore fusius opportuniusque disputabimus, in præsentia redeuntes ad pium horarum precarium vsum, quas equidem censeo non minus deuoto adfectu, quàm perfecto intellectu statis temporibus lectitandas, ob tot tamque sacrosancta ibi verba, eloquia, sacramenta, & mysteria, nõ nisi summa cum deuotione commemoranda, coram eo præsertim, qui est sanctus sanctorum, rex regum, & dominus dominantiũ, creator rectorque omnium, gloriosa sua & maiestate diuina cœlum replens & terram. In cuius nomine genu flectitur omne, nempe, cœlestium, terrestrium, & infernorum, cuius gloria plena est omnis terra, & eleuata eius super cœlos magnificentia, cui in conspectu angelorum sapienter quoque depromendæ sunt horæ canonicæ, & tamque rebus (vt dixi) plane diuinis vndecunque confertæ. Rem vero ad hunc fere modum habere ex hac nostra pro canonicis horis Apologia partim cognosces. Quàm ab argumento Miscellaneam inscripsimus, quandoquidem ibi non modo de horis precariis, quas appellant canonicas quoniam canonice, id est, regulariter ad amussim seruãdæ sint, sed & de rebus Miscellaneis, id est, variis & cõfusaneis sic ago, vt interim contextum dominicæ passionis ad numerum horarum canonicarum partitum, ex more ita declamo, vt confidam pio me illic lectori nonnihil fructus allaturum.

Quod sanè operis & laboris a te uerende pater, tibi post alios vnicè vel ideo supplex consecrauerim, quia iustam ipsius partem me declamare præsens audieris, acceptamque adeò habueris, vt tibi de doctrina mea roganti haudquaquàm ceu Annæ cum Christo sim responsurus Quid me interrogas? Interroga eos, qui me audierũt, quid loc

sim ipsis. Ecce hi sciunt, quæ dixerim ego. Quādoq̄dem in hoc vel potissimū agas verꝫ, piū christianū, deoq̄ dilectū prælatū, q̄d cōtra plurimorꝫ abusum, sicubi occupatiōes, q̄buaobrem p. christianā sæpenūero distineris, sinūt, nedū alioꝝ, sed & meis ad populū intereē soleas cōtionibus, aperto vel nullis testibus sciēs, doctriuā meā non esse nec seditiosam nec clācularia sed pacificā plenāq̄ veritatis. Quā vel, pinde tibi dicatā in primis volui, vt ipsa sub te acerrimo aduersuꝫ clācularios istos delatores, calumniatoresq̄ veritatis adsertore præmunita, authoritate q̄q̄ tua longe maxima solitū fauorem mereatur apud lectorē. Nec dubito, quin q̄d sperauerim præsens hæc nr̄a dedicatio sit apud opt, quosq̄ lectores indeptura, quū sine cōtrouersia nobis sis omibus quod Plato narratur fuisse Antimacho. Siquidem per publicā toto terraꝝ orbe famā non ignoremus, te sic in omnib[9] laude dignis præcellere, vt facile sis extra omnem laudis aleam collocādus, in quo sic generis antiqua nobilitas ex æquo cū virtute & sciā decertet, vt in re neutra parē hr̄e videaris. ¶ Atq̄ hinc ē, q̄d te docti simul atq̄ indocti, itemq̄ nobiles & ignobiles, & nō modo īfimi & medioximi verūetiā summates, reges, dico, & hoc gen[9] viri prīcipes te nō secus atq̄ vnū ex paucissimus colūt, amāt & obseruāt, imò quē perinde habēt, de quo vere dici queat, Sophos. Nec illi interim nesciq, sic te priscā nobilissimi generis claritatē eruditione, sic eruditionē miro vitæ cādore vndecūq̄ copulasse, vt iuxta decātatissimū illud Apulei Elogium sis inter doctos nobilissim[9], inter nobiles doctissimus, & inter vtrosq̄ longe optimus. Qua re vel vna potissimū motus hasce iteꝝ atq̄ iteꝝ tibi dedico nostras in vsum horaꝝ Canonicaꝝ vnà cum dominicæ passionis vel qualicūq̄ declamatiuncula Miscellaneas, paulò post, deo fauēte, cū plura tum maiora dicatur[9], vbi hæc minutiora aliquo argumēto fide digno tibi placuisse cognoro. Quæ nō solū vt placeāt, sed & vt diutissime ad nutū tuū opto bene valeas, Prælatoꝝ christianoꝝ decus & ornamētū longe splendidissimū. Moguntiæ ex Musæo nostro.

ELENCHVS CAPITVM vice argumẽtorum, & quidem primus capitum.

¶Primi libri Miſcellanearum, quorum eſt.

ELENCHVS CAPITVM Libri II. Miſcellanearum.

De ſalu-

¶ Post hæc sequitur Homilia in commendationem primitiarum, quas dicunt, nouitij sacerdotis.

F I N I S.

SYLLABVS RERVM MIRABILIORVM IN duos libros Miscellaneæ, D. Friderici Nauseæ, in quo a primã folii faciẽ designat, b vero secũdã.

b

EMENDATIO MENDORVM
totius operis.

¶Scias lector, primū numerū tibi signare folium: secundū, faciem: tertium, lineam: deinde sequi verā lectionem.

¶Folio.1.facie.1.linea.2.lege.animi.2.1.36.exordio diebus virtu.3.8 29.non deputari.4.2.7.sed animi.4.2.34.īpossibile ē.10.6.adfirmātibus.10.2.32.genitis.11.1.6.Iuda.11.1.10.Ideoq; 14.2.22.crediderim 15.1.9.mors.20.1.11.huic.21.2.11.altemissimos.22.2.9.sumpsit. 23.1.1. lamēta.23.2.24.cauerēt.24.1.4.Ioliosam.25.1.17.quā.26.1.6.corrūpit 26.2.22.socerdotio.27.1.1.demus.39.1.7.p̄claras.

FRIDERICI NAVSEAE BLANCICAMpiani Miscellanearum pro horis Canonicis Liber primus.

¶De vtilitate diuisionis materiæ tractãdæ. Cap. I.

Quamuis, charissimi in domino fratres, haud absq; omni mei dolore me agnoscam hoc sanctissimo diuini verbi prædicandi officio plane indignũ & prorsus minimum esse eorũ, qui eo officio passim in Christiano orbe funguntur, haud tamen gloriabũdus fateri audeo, æque me cũ illis hactenus nil aliud magis conatũ esse, q̃ vt vos in vniuersum ad dei gloriã vestrãq; salutẽ, tam temporalem q̃ æternam ædificarem meis ad vos homilijs. Quã sane ędificationẽ quũ natura sitã intelligerẽ in recta tractãdæ materiæ diuisione, cõsueui hucusq; semper meos sermones, singulos in suas partes pro materiei qualitate diducere: quandoquidẽ recta sermonis diuisio inter cætera, q̃ transeo, valeat. Primo ad auditoris incitationẽ, adeo vt maxime desideret intelligere, quæ partitio promittit. Secundo, quoniã mentẽ auditoris facile, breuiterq; ad intelligentiã subiectæ materię ꝓparat, quũ diuisio sit quasi dicẽdorũ argumẽtũ. Tertio, qm̃ artificiose memoriã & quidem adeo reformat, vt non facile quis deuiet in eis, quæ dicuntur, si recto sunt ordine diducta. Id quod intelligentibus haud obscure parere potest. L. 1. ff. de excepr. de li. institu. de legat. § sed nõ vsq; e instit. in proœmio §. Igitur. glos. ibid.

¶De diuisione dominicæ passionis. Cap. II.

Quod quũ sic habeat, visum est & hũc ipsum hodierna die seruare ordinẽ in enarrãda sanctissima Iesu Christi passione, quã hodie ex laudatissima catholicæ ecclesię cõsuetudine cũ recẽsere tũ audire summa cũ attentiõe & deuotione multas ob causas obligamur. Illius vero enarrationẽ diducturi sumus in septẽ partes, ob septẽ pcipua, q̃ in Iesu Chri passione ab initio vsq; ad finẽ nõ sine singulari com

passione contigerunt, quæ septem horis canonicis, quas dicit, militans repræsentat ecclesia. ¶Iam verò quia constat, hæreticos, inter multa alia, quæ cõfuso ordine vel interturbãt vel pfricata fronte prorsus in decremẽtũ religionis & deuotionis Christianæ, partim derogant, partim om̃ino abrogatũt perinde atq; factu indigna, è medio prorsus apud se (toto orbe Christiano repugnãte) sustulisse hasce horas canonicas, ex eo, quo fungimur, officio paucis cõpellimur cõmonstrare, quam non pie nec recte id agãt, & quam è diuerso pia sit & proficua illarũ apud om̃es (si modo illæ seruent vt addecet) institutio & obseruatio breuiter declarare, hoc ipm non parũ fore cõmodũ ad salutarẽ Iesu Chri passiõis meditationẽ. ¶Quam nõ sit vana, sed prorsus efficax hoĩs ad deũ laus & dpcatio, si pio ore & corde recto proficiscaẽ tã multis q̃ varijs liquet exẽplis, q̃ suo fortassis loco nõ pteribimus. Atqui supra q̃ dici põt exploratũ est, cœli numen mortalium pces haud adspernari, esse'q; om̃ino prouidẽtiã, cui mortalia hæc curæ sint, vt suo quidem loco non tacebimus. Nũc em̃ de vario pcandi ritu nobis pro tpe dicendum est.

¶De vario apud varios pcandi ritu. Cap. III.

Daniel 6. EST aũt varius à varijs pcandi ritus nec is q̃dẽ illaudatus, obseruatus. Daniel vir desideriorũ ex cœnaculo fenestris ea pte patentibus, qua Hierosolymis erat obuersum, ter q̃tidie statis horis genua demittẽs, cœli numẽ adorauit.

Tob. 8. Tobias ipe iunior cũ cõiuge tres dies noctes'q; in diuinis pseuerauit. Bartholomeus Chri discipulus cẽties q̃tidie submittens genua adorauit, nec min⁹ frequẽs nocturnis supplicauit horis, quẽ precandi modũ Apolonius Abbas postea pstare retulit. Petrus ab eo tpe, q̃ dñm negauit, ad finẽ vitæ suæ singulis noctibus surrexit, & ad lucẽ vsq; pœnitẽs flexis ad terrã genubus lachrymis profusus orauit. Dauid vero rex septies interdiu pces ad deũ toto corde fudit, qbus illũ nõ minus suorum pcoñ cõmendauit, quã propitiã pro peccatis suis veniã depcatus est, dicens: Se-

Psal. 118. pties in die laudẽ dixi tibi, sup iudicia iustitiæ tuæ. Quẽ sanè deprecãdi numerũ septẽ suis horis canonicis, i. regularibus (est em̃ Canon regula) à patribus institutis militans toto terrarũ orbe à tpibus apostolorũ sequuta est ecclesia p cæteris orãdi modis, vtpote q̃dis numerus id'q; petẽdi, laudãdi'q; tps suo mysterio non caret, vt aliàs abunde ostendimus.

¶De cau

¶De causa institutionis horarum canonicarum. Cap. IIII.

SI enim oratio ad deū deuota, nostra est cōtra dæmones armatura, qua nobis cōtra illos pugnādū est, & p eā hostes vincēdi sunt deo adiutore, quēadmodū Moyses olim legitur expassis ad cœlū manibus oratione cōtra Amalech quo Cacodæmon significatus est, certasse & illū denique in fugā cōuertisse. Si etiānū hostis ille noster antiquus, videns se ab homine expulsum, adsumere nitit septē alios spūs neqores, vt ingressus locū, vnde exiuit, habitet ibi & faciat nouissima illius peiora prioribus, moliaturque ad eū modū, perinde atque vulpes dolosus hominē, vel maxime iustū supplantare, vt vel septies à dño deo ad ipsm, à pietate in peccarū cadat. Cōtra cuius versutias, artes & insidias haud est, quod qui cecidit, resurgere possit, idemque preualere, nisi septiformi gratia spiritus sancti adiutus & munitus. Ad eius proinde septēplicē gratiā vnicuique in ecclesia pctōri (cuiusmodi forte plerique sumus oēs) impetrādā, septenā laudis decātationē psalmis & hymnis eo satis deo exsoluēdā ecclesia salutariter nec absque sancti spūs instinctu, instituit. Qua rite soluta nō dubium erit, quin q cecidit à gratia ad eā sit resurrecturus, & ab eo procul discessurus Cacodæmon cū suis cōplicibus. Id quod figura quoque testatū facit, qua proditū est. Iosue ducem populi Israelitici post Moysen cōtra vrbē Hiericontinā (q typū gerebat dæmoniacæ ciuitatis) pugnaturum, septē diebus eā circuisse, septē quoque sacerdotibus cōmisisse munus, vt septē tubarum clangoribus eā oppugnarēt. Quod factū legimus. Siquidem eius vrbis muri à clangoribus septem tubarum prorsus corruerint, sitque ipsa vrbs populo dei facta in ditetionem. Quis modo non videt clangore septem tubarum figurari decantationē septē horarum canonicarum, quā in templo dei Ecclesiastici psoluunt, vt quæ Cacodæmonum castra, quibus nos impugnāt, æque demolit atque clangor tubarum ciuitatē Hiericontinā. ¶Est eapropter hæc prima psolutiōis horarum canonicarum vtilitas, ac earum institutionis causa haud quaquam postrema. Deinde pariformiter actione septem horarum canonicarum in memoriam reducunt, quæ deus opt. Max. non sine stupēda omnium admiratione in primis septē in mūdi huius exordia virtute sua diuina sapiēter & potenter opatus est à quibus ipse per septem horas canonicas ceu solus idemque vnicus de⁹ & oim factor, creatorque oipotēs, optim⁹, sapiētissimusque

Exodi. 17
Luc. 11.
2. Petri. 2
1. Petri. 5
Prou. 24
1. Iohā. 2.
Iosue. 6.
Genes. 2.
Esai. 46

commendatur, laudatur, celebraturq́, nec minus interim certis
inibi psalmis & orationibus illi gratiæ pquàmaximę & deuotissimę
habētur & aguntur, quoniam ea, quæ septem illis primęui tem-
Psalm. 15 poris diebus effecit opera, in nostri omnium salutem & vtilita-
tem cum laude & gloria sua perfecerit, eorum per se nō indigus,
qui bonorum nostrorum non eget, eo ipso ante prophetam,
Gen. 1. 2. 9 qui & ipse illud adfirmat, dicente ad Protoplastos. Crescite &
multiplicamini, & replete terram, & subiicite eam, & domina-
mini piscibus maris & volatilibus cœli, & vniuersis animātibus
super terram. Ecce dedi vobis omnem herbam afferentē semen
super terram, & vniuersa ligna, quæ habēt in semetipsis sementē
generis sui, vt sint vobis in escam, &c. ¶Et hoc est, quod eccle
sia per prophetam in hisce canonicis horis stupefacta & admira-
Psal. 8 bunda exclamat, ad deum dicens: Quid est homo, quod memor
es eius, aut filius hominis, quoniam visitas eum. Minuisti eū pau
lominus ab angelis, gloria & honore coronasti eum, & consti-
tuisti eum super opera manuum tuarum: Omnia subiecisti sub
pedibus eius oues & boues vniuersas, insuper & pecora campi,
Volucres cœli & pisces maris, qui perambulant semitas maris.
Domine domin⁹, noster, quam admirabile est nomē tuū in vni-
uersa terra. Quàm eleuata est magnificentia tua sup cœlos. Hæc
nimirum & hoc genus alia miratu & laudatu dignissima cū gra-
tiarum actione catholica ecclesia decantatione septem horarū
canonicarum recordatur & concelebrat. ¶Insuper meminit,
Mat. 26. cordeq́ percipit actione septem horarum canonicarum nō sine
27
Marc. 14 compassione septem præcipua, quibus suā pro nobis consuma-
15. uit passionem, septem statis inter diu noctuq́ horis ac tempori
Lu. 22. 23 bus, pro quibus & ipsa ecclesia septem canonicis horis habet &
Johan. 19 agit gratias hymnis, psalmis, & orationibus ad id attinentibus,
quoniam per ea nos saluti restituerit, ac planè cœlo dignos red-
diderit. In hęc verba orāte ad ipsum ecclesia. Adoramus te Chri
ste & benedicimus tibi, quia per crucē tuam redemisti mūdum,
Ezech. 18 quiq́ dixisti. Nolo mortem peccatoris, sed vt magis conuerta-
tur & viuat, pone mortem & amarissimam passionē tuam inter
animas nostras & tremendum iudicium tuū. ¶Quid aūt quæ-
so deuota Iesu Christi passionis meditatione efficatius, & pro
ea gratiarum actione deo esse possit gratius: & nobis vtilius:
quandoquidē in ea contineatur summi dei opt. erga nos, & Iesu
Christi

Christi dilectio, Christo ipse adfirmāte, qui ait: Sic deus dilexit mundū, vt filium suum vnigenitū daret, scilicet in passionē mortis innocētissimæ. Siquidē qui etiā (vt ait apostolus) proprio filio suo nō pepercit, sed pro nobis oībus tradidit illū. Maiorē vero hac dilectiōe, inqt ipse dñs, nemo habet, quā vt animā suā ponat qs pro amicis suis. Quod si ita, profecto subsequēs erit, vt nihil deo fieri possit acceptius, q̄ vt gratissimus per ingētē Christianæ passionis meditationē per&q; volūtariā eiusdē passionis corde & corpore susceptionē. Id qd vel totū conatur pia decātationis horarū canonicarum institutio, adeo&q; actio ipsa. Quādoquidem singulæ horarū singulis, ac iis qdem pcipuis in Christo Iesu passionibus respōdeant, eo&q; singulæ respiciāt psalmodiæ, velati subsequēti ordine paucis ostendemus. Johan. 3. Roma. 8. Johan. 15

¶ De hora canonica prima. Cap. V.

PRima interdiu noctu&q; canonicarū horarū cœpit matutina. s. ab matuta, qua intelligimus aurorā, vocari, quod eius horę officiū sub aurorā, id est, primo mane, nunc apud plerosq; oēs, dēptis Cœnobitis, cō celebrari soleat. Nec id quidē sine scripturarū authoritate, nec absq; sanctorū virorum exēplo: quādoquidē propheta regius hoc ipsum seruauerit, vt intelligimus ex eo ipso, hæc verba dicēte: Deus deus meus, ad te de luce vigilo, & in matutinis meditabor in te. Et alia quoq; scriptura ait: Iustus cor suum tradet ad vigilandum diluculo ad dominum, qui fecit illum. Et Salomon: Oportet præuenire (inquit) solem ad benedictionem tuam, & ad ortum lucis te adorare. ¶ Quondā vero hæc ipsa matutina hora solita, est à plerisq; oībus in media nocte, feruēte tūc adhuc charitate, seruari. Cuius rei argumēto est, quod ipsius officij matutini ptes cōplectētes, certū psalmorū numerū cū lectionibus & responsorijs nocturnorū nomine nuncupantur, vt primum nocturnum, secundum & tertium, à nocte scilicet nocturno&q; tempore, in quo decātari solent. Quo sanè tempore & propheta singulariter dñm laudauit, inquiēs alibi: Media nocte surgebam ad confitendum tibi, super iudicia iustitiæ tuæ. Nec quidem absq; mysterio. Siquidem eo tempore singularius collaudetur deus cum deuota gratiarum actione. ¶ Primo, quod, teste scriptura, sub id tempus primogenitis Aegyptiorum ab angelis percussis & interfectis, ipse dñs Israelitici populi primogenita saluarit. ¶ Secūdo, qd Psalm. 62 Eccle. 39 Sap. 16 Psal. 118. Exod 12 Sap. 8.

Lucæ. 12. sub idem tempus Christus dominus noster ad salutem nostram
Matt. 2. ex virgine Maria natus & deus homo factua fit. Tertio, quod
eodem nimirum tempore idem dominus noster Iesus Christus
ineloquibili erga nos charitate, imminente passionis hora à per-
fidis Iudæis, Iuda p osculum proditore, in horto raptus ac in ma
nus peccatorũ traditus, ab eius discipulis & notis derelictus fue
rit, vt nos de manu peccatoris liberaret. Eo tum ad discipulos di
cente: Dormite & requiescite, ecce appropinquauit hora, & fi-
lius hominis tradetur in manus peccatorum. Ecce appropinqua-
uit, qui me traditurus est. Quid vero sub idem tempus speciatim
per & circa Christum sit actum Euãgeliographi in hæc, quæ se-
quuntur, verba commonstrãt vnanimiter.

¶Quid actũ sit cum Christo circiter ho
ram matutinam.
Cap. VI.

ET hymno dicto, egressus est Iesus cũ discipulis suis trãs
torrentem Cedron secundum cõsuetudinem in mon-
tem Oliuarum.] ¶Ex iis intelligimus Christum duo
cõsueuisse nobis in exemplum facere. ¶Primũ, quia
1. Tim. 4. refectione facta deum patrem hymno laudauerit, ostendens, vt
Actor. 17. ipsi semper gratias agamus post refectionem deo optimo, atque
Psal. 54. ei, qui vel solus sit, q nos nutriat, vnde & in quo viuimus, sumus
& spiramus, iuxta prophetam dicentem: Iacta super dominum
curam tuam, & ipse te enutriet. ¶Secundum, quod ipse post
Exodi. 32 refectionem non cœperit (vt olim filii Israel) ludere vel otiari,
1. Cor. 10 sed cum discipulis secesserit trans torrentem, fluuium scilicet nõ
continuo fluentem in montem Oliueti .i. ad locum secretum, à
strepitu semotum, ibiq; mysteria secretiora docuerit suos, ostẽ-
dens, nos eum locum orationi & doctrinæ deputare debere, vbi
Matt. 6. mens ab auditione & deuotione auocetur & impediatur, iuxta
dominum aliàs dicentem: Cum oraueris, intra cubiculum tuum
& clauso ostio, ora patrem tuũ in abscondito. ¶[Venit Geth-
semani, vbi erat hortus, in quem introiuit ipse cum discipulis su
Gene. 3 is.] ¶Ipse quidem dominus pro nobis passurus primum sub-
intrauit hortum, palam ostendens, se non ob culpã suam, quam
non habuit, sed passurum ob peccatum hominis, quod is in hor
Esaiæ. 53 to primitus perpetrarat. Ipse enim, inquit Esaias, vulneratus est
1. Petri. 2. propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra.

¶[Scic-

¶L Sciebat autē & Iudas, qui tradebat eum, locum, quia fre- 1. Iohā. 3.
quēter Iesus conuenerat illuc cum discipulis suis. ⌋
Ne quis hortum audiens existimet illum intrasse illuc, vt se occul
taret, addunt Euangelistæ. Sciebat autem Iudas, & cætera.

¶L Tunc dixit Iesus discipulis suis, sedete hic, donec vadam
illic & orem. ⌋

¶Arguens nobis esse orandū, appropinquante hora mortis,
ne morte dormiamus otiosi, sed cum Propheta dicamus: Illu- Psalm. 12.
mina oculos meos, ne vnquam obdormiā in morte, nequando
dicat inimicus meus, præualui aduersus eum.

¶L Et adsumpto Petro, & duobus filiis Zebedæi. ⌋

¶Nimirum vt illis suæ passionis tristitiā reuelaret, quibus in Matt. 17.
transfiguratione ostenderat maiestatis suæ gloriam, adeò, vt vi- Marci 9.
derent humilia, qui vidissent gloriosa, simulq́ue doceret, nos ad Luc. 9.
eam gloriam non peruenturos, nisi medio tribulationis, aduer- Lucæ 24.
sitatis & mortis. Acto. 14.

¶L Cœpit contristari & mœstus esse, pauere & tædere. Et ait
illis: Tristis est anima mea vsq; ad mortem. ⌋

¶Quibus verbis supremam domini tristitiam, perinde mor-
ti similem declarant. In quo ille suam testatus est humanitatem
veram, cuius natura est, timere mortem, ceu terribilium omni-
um terribilissimum, quando eius dolor omnes humanos dolo- Eccle. 41.
res excellat, maxime in eo, qui in peccato se nouit mori, despe-
rans. ¶Iā verò consideret omnis homo mēdax, quam ipse de- Psal. 115.
beat pauere ante iudicium mortis, quum sic ille ante mortē cœ-
perit tristari, in quo sunt omnia, in quo nihil dignum morte erat Iohā. 1.
nec in eo quicquam aduersarius habebat. Ipse autem homo non Roma. 11.
nisi per illum dicere possit, venit princeps huius mundi, & in me
non habet quicquam. Iohan. 14.

¶L Sustinete hic & vigilate mecū & orate, ne intretis in ten-
tationem, Et ipse progressus pusillum, auulsus est ab eis quan-
tum iactus est lapidis, & positis genubus procidit super terram
in faciem suam, orabat, vt si fieri posset transiret ab eo hora &
dixit: Abba pater, omnia tibi possibilia sunt, si vis, transfer cali-
cem hunc à me, sed non quod ego volo sed quod tu. ⌋

¶Ex his exēplo Chri docemur. ¶Primo, ne sic ob iminētes
aduersitates siue passiōis, siue mortis, siue hoc gen⁹ alteri⁹ tribu-
latio-

lationis paueamus & tristemur, vt rationem supprimat tristitia,
verum vt ipsam tristitiā voluntatis imperio constringamus, ne vsque
Prouer. 25 ad animū pertingat: quandoquidē nimia tristitia cordi noceat, multosque
Eccl. 30. occidant. Qualem profecto tristitiā Christus non habuit, sed ratione temperatam, vtpote qui cœperit tristari & pauere, nō autē factus sit cōtristatus & pauefactus. ¶ Secūdo, ne desperemus si nos aliquādo morituros surripiat vel tristitia vel timor, vel animi fortitudine vincamus mœrorem, vt Christus vicit, qui vtique etiamnū pauorem in se suscepit, vt nostrū quoque in se pauorē vin
1. Cor. 15. ceret, quēadmodū morte sua mortē nostrā destruxit, ideoque susce
Osee. 13 pit tentationem & passionem, vt nos à tentatione & passione li-
Phil. 4 beraret. In eo igitur oīa possumus. ¶ Tertio, vt tristes & tribulati ad deum oremus, quatenus ipse nos adiuuet, ne intremus in tentationem, id est, ne vincamur tentationibus. Id quod horrēdum sit, quū ex eo peccemus & plerunque desperemus. Quod si ad eum deinde deuote orauerimus, haud erit, quod mœrore succumbamus,
1. Cor. 10 quoniam (Apostolo teste) fidelis sit deus, nō passurus nos tentari supra id quod possumus. ¶ Quarto, vt finaliter nos adeoque oēs nostras tribulationes & infirmitates deo diuinæque eius voluntati cōmittamus, orātes, vt ipse iuxta suā voluntatem disponat nobiscū nostrasque aduersitates in vnione suæ passionis perficiat, & offerat eas deo patri ad laudem & gloriā suam. Quod si fecerimus, profecto nostræ passiones merito passionis Christi iam erunt fructiferæ vt angelis in cœlo gloriam, iustis in terra meritum, peccatoribus veniā, peregrinis animabus collaturæ sint releuamen. Et hoc est, quod ait dominus: Si fieri possit &c. Quasi diceret, si possibile est, sine morte mea temporali, genus humanū saluari, transfer. Verūtamen nō quod ego &c. Q. d. Nō hoc fiat, quod humano affectu loquor, sed ad quod missus sum, facere voluntatē tuā. ¶ [Et venit ad discipulos suos, & inuenit eos dormiētes, & dicit Petro: Simon dormis: Sic non potuistis vna hora vigilare mecū?
Lucæ 18. Vigilate & orate vt nō intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma.] ¶ Docet dominus vt semper oremus, non vt non tentemur, id quod impossibilem, sed ne rentationibus superemur, quod diabolus semper molit. Deinde singulariter increpat Petrum, & in eo omnē temerariū, qui quicquid crediderit, putat se cōsequi posse. Id quod haudquaquā facere debemus, sed quantum de ardore mentis confidimus, tantum de fragili-

gilitate carnis timere debeamus, ad deum orantes: O dñe, qui mãdasti, vt vigilemus. Licet eñi spũs sit promptus, caro tamẽ sic est infirma, vt vix horã possimus tecum vigilare. ¶Per horã vero ostendit dñs breuem esse hoc in mũdo molestiã tribulationis in- Johan. 15
tuitu futuræ remunerationis, vt abũde alias aperit Apostolus: ad- 2. Cor. 4
monens, vt hoc libentius & patiẽtius aduersitates patiamur. Hoc aũt loco præcipuè Petrũ de dormitiõe increpat, quanq̃ & reliqui dormirent. ¶Primò, qm̃ ille præ cæteris de fortitudine gloria- Mat. 26.
tus fuerat. ¶Secũdo, quoniã præcipuus erat, in quo & alij repre- Marc. 14
hẽdebant, exemplo, vt in eodem defectu prælatus magis est alijs Lucæ. 22.
increpandus, cæteris paribus, cum quod qui alium docet esse non 1. Cor. 9
debet reprobus, sed à vitio alienus, tum quod prælatus peccan- Matth. 7
do magis noceat, suo exemplo facile alios seducens. Lucæ. 6
Johan. 8

¶[Iterũ secundo abijt, & orauit, dicens: Pater mi, si nõ potest hic calix transire, nisi bibã illum, fiat voluntas tua. Et venit iterũ, & inuenit eos dormientes, erant eñi oculi eorũ grauati, & ignorabant, quid responderent ei. Et relictis illis, abijt iterũ, & orauit tertio eundem sermonem, dicens.] ¶Ter dominus itaque redit, cõtinuo orans, simulq̃ suos dormientes inuisit. ¶Primo, vt ostenderet ab oratione non cessandũ, nec spei longanimitatem amittẽ- Eccl. 18
dam, sic futurũ, vt tandem cõstãtes cum fructu maiore exaudia- Lucæ. 18
ntur, quoniã saluus sit futurus, qui perseuerat vsq̃ in finem. ¶Se- 1. Thess. 5.
cundo, vt prælatus quilibet maximè instantibus tentationibus, Matt. 10.
(vt hac tempestate) sibi & suis diligenter attendat contemplando per orationes ad deum, agendo per opera in suos charitatis & misericordiæ ipsos nequaquam tentatos deserens, sed visitans, & pro virili consolans.

¶[Apparuit autem illi angelus de cœlo, confortans eum.]

¶Angelus, id est, seruus dñi, creatura creatorẽ confortat con- Johan. 15
solando, nõ propter ipsum & eius indigentiã, sed ¶Primo, vt Sapiæ. 15
sic Christus verus homo probaretur, qui diuino indiget auxilio. ¶Secundo, vt sic discipuli circa eum consolarent, & in fide confirmarent, Christũ angelis deitate esse maiorem, vtcũq̃ in passio- Psal. 8
ne sua paulominus ab angelis sit minoratus. ¶Tertio, vt sic pa- Phil. 2
teret, eum in suis aduersitatibus à deo nunq̃ derelictũ iri, qui ipsum Hebræ. 2
toto corde oret, & requirat, quandoquidem dominus ipse prope sit omnibus eum in veritate inuocãtibus. Multę eñi (inquit Pro- Psal. 144
pheta) sunt tribulatiões iustorũ, & de omnibus ijs liberabit eos dñs. Psalm. 33

B Quid ni?

Quid ni? quũ ipse suos, vel q̃libet tribulatos, sua etiam præsentia
nunq̃ deserit, iuxta existens iis, qui tribulato sunt corde. Eo ipso
Psal. 90. dicente de tribulato iusto: Ego exaudiam eum, cum ipso sum in
tribulatione, eripiam eum & glorificabo eum.

¶[Et factus i agonia prolixius orauit. Et factus est sudor eius
sicut guttę sanguinis decurrentis in terram.] ¶Prolixius orat
Iesus, & factus est perinde aliquis in agone mortis laborans.
Cui & modum exhibet: nimirum in se arguens, vt is, qui propin
quus est morti, orationem habeat ad deum continuam & rectã,
voluntatem constantem, sensualitatem rationi, rationem diui-
næ voluntati obedientem, ac iugiter dicentem: Non mea, domi
Matt. 26 ne, voluntas, sed tua fiat. ¶Quod vero Christus sudauerit su-
Lucæ. 22. dorem similem guttis sanguineis, factũ est vel proinde. ¶Pri-
mo, vt sic exprimeret in se certamen animi hominis, morte ap-
propinquante, quod certe tantum est, vt si fieri posset homo san
guinem sudaret. Atqui id quidem propter vim, quam moriturus
Hebræ. 9 patitur ex terrore & formidine æterni iudicii, cui per solutionẽ
carnis appropinquat, maxime, quod tum homo iudicium & ea
quæ nunq̃ antea cogitauit, recolit, quæ & ipsi in mentem veniũt.
Præterea deterretur, quod agnoscit se post paulũ inuenturũ, q̃d
Matt. 16 in æternum mutare nequit, qui & iudiciũ sit inuenturus sine mi-
sericordia, quum soli, tum iustitiæ sit locus, quæ merita & deme
rita compensat. ¶Secundo, vt ostẽderet suæ passionis immẽ-
sam magnitudinẽ, vtpote cuius sola cogitatio, vsq; adeo naturã
mutarit, vt præ angustia sanguinẽ sudare coegerit. Quæ nimirũ
amaritudo prouenit nõ modo timore mortis imminẽtis, quã na
tura abhorret & recusat, sed & ob infelicitatẽ Iudæ, scandalũ dis-
cipulorũ, deiectionem Iudæorũ, euersionẽ Hierusalẽ, ingratitu-
dinẽ, qua sciebat amarissimã passionẽ in multis obstinatis pecca
toribus fore frustratoriam, quibus supra q̃ dici queat cõdoluit.
¶Tertio, vt sic consolaret hominẽ moriturũ, ne desperet, si caro
Marc. 13. remurmuret, vbi spũs sit prõptus, q̃ facile victurus sit mortẽ vir-
1. Cor. 15 tute mortis Chri, q̃ morte sua nostrã superauit & supare ostẽdit.

¶[Et cum surrexisset ab oratione & venisset ad discipulos su
os tertio, inuenit eos dormientes præ tristitia, & ait illis: Quid
dormitis? Dormite & requiescite, sufficit. Ecce appropinqua-
bit hora & filius hominis tradetur in manus peccatorum. Sur-
gite eamus, Ecce appropinquabit & qui tradet prope est.]

¶Primo

¶Primo, qm̃ Chrs non modo proditorẽ cũ turba expectauit sed etiã eis obuiã fuit, ostẽdẽs se volũtarie pro nobis mori, iuxta prophetã dicentẽ: Oblatus est, qa ipse voluit. ¶Secũdo, vt & ipsi mortẽ ꝑsentẽ, q̄ nequit euitari, cõsidẽter subeamus, & ad ipsam nos omni hora ꝑparemus. Et hoc est q̄d ait: Surgite, eamus, Ecce prope est, q tradet. ¶[Et adhuc eo loquente, Ecce Iudas Iscarioth, vnus de duodecim. Et cũ accepisset cohortem & à pontificibus & pharisæis ministros, venit, & cũ eo turba multa, missi à principibus sacerdotũ & scribis & senioribus cũ gladijs & lignis & fustibus, cũ laternis, facibus, & armis. Qui aũt tradidit eum, dedit eis signum, dicens: Quemcunq; osculatus fuero, ipse est, tenete eũ, & ducite eum caute, & antecedebat eos, & appropinquauit Iesu, vt oscularetur eũ. Et cõfestim, quum venisset statim accedens ad eum, ait: Aue Rabbi, & osculatus est eum.] Esaie. 53 Genes. 3. Hebræ. 9

¶Primo, vt osculo perinde signo amicitiæ facilius & pniciosius noceret, sub melle venenũ propinãs, more deterrimorũ adulatorum, dicẽs: Aue Rabbi. Q.d. Nõ sum ego cũ istis armatis, sed rediens more solito te osculor. Sed ò stultissime omniũ, putas te fallere summã dei sapientiã? putas posse te zelare quicq̃ illũ, qui corda & renes nouit, quiq; scit omnia antequam fiunt? Eccle. 15 Hiere. 11. Psalmo. 7 Hebræ. 4 Galat. 1.

¶Secundo, propter Rhomanorũ milites, qui Christũ in nocte, præsertim tenebrarũ non satis nouissent, qui fortassis alioqui cœpissent pro Christo Iacobum minorem, tam Christo à facie similem, vt diceretur frater domini. ¶Tertio, ne virtute sua Christus è manibus ipsorum omnium elaberetur, vt ante, quum licebat, sæpius fecerat. Eheu quam sunt hodie Iudæ, qui & Christũ & proximum ficte osculantur, se illũ verbo confitentes, facto autem negantes, aliud dicentes, aliud cogitantes, eiusmodi sumus, ad quos alioqui Christus sit dicturus ceu ad proditorem Iudam, qui ipsum morti traderemus in suis. Iohan. 8. Iohan. 11.

¶[Dicit illi Iesus: Amice, ad quid venisti?] ¶O innocens agne dei, quid tibi cum rapacissimo lupo? Quid tibi æternæ luci cum tenebris exterioribus? Qualis cõuentio Christi ad Belial? Cur eum appellas amicũ, qui tui est inimicissimus, veniens (quãtum in se est) te vitamq; tuã perdere. Sed ò domine Iesu dulcissime, hoc tuæ erat benignitatis & mãsuetudinis, amico noĩe ipsum reducere conaris ad pœnitentiã, q nõ vis mortẽ pctõris, sed vt cõuertat & viuat, desideras. ¶[Iuda, osculo filiũ hoĩs tradis.] 2. Cor. 6 Eccles. 18 Roma. 2.

¶ Q. d. ô Iuda, ad quod scelus delapsus es, vt discipulus magistrū traderes, & dū esses apostolus, factus sis traditor? Attende quid feceris, & considera finem tuum malum. Oscularis & insidiaris. Accedis vt domesticus, quum fur sis, salutas vt discipulus, quum sis insidiator, oscularis vt amicus, quum sis inimicus. Noui qua re veneris. Amicum fingis, quū proditor sis. Amicitiam ostendis signo, & proditorē agis facto, siquidem signo charitatis, proditionem homicidij facis. O infelix signū, quo per pacem bellū, per osculū homicidium, per salutationem condemnatio procuratur. ¶ Hic autē discamus patienter ferre malorum hominum fraudulentias, vt Christus patienter sustinuit proditoris sui fallacias. Insuper etiā discamus, vt calumniatores nostros malum
Matt. 5 interpretantes, haud odiamus, sed amātis affectu exemplo Chri
Lucæ. 6.
Roma. 12 sti corripiamus, veluti alias quoq; docuit.

¶ L. Sciens autē Iesus omnia quæ ventura erant super eū, processit, & dixit eis: Quē quæritis? Responderūt ei: Iesum Nazarenū. Dicit eis Iesus: Ego sum. (Stabat aūt & Iudas, qui tradidit eū, cum ipsis.) vt ergo dixit eis, Ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. Iterum ergo interrogabat eos: Quem quæritis? Illi autem dixerunt: Iesum Nazarenū. Respondit Iesus: Dixi vobis, quia ego sum. ⌋ ¶ Ex his Christus tria non obscure arguit
Esaie. 53 quorum est primum, quod offeratur, non coactus, sed quia voluerit, potens se liberare, si vellet, & abire, qui suos custodiuit.
Esai. 40 Secundum, quod verus sit deus, quū & omnia futura super eum
Marc. 16 norit. Tertium, quod suum sit nomen summæ virtutis & potentiæ, vtpote, cuius auditione dumtaxat plerique omnes retrò ceciderint, non potentes, nisi, Christo volente, resurgere.
Psal. 110 Vere ergo dixit propheta: Sanctū & terribile nomen eius nimirum, quod fugat hostes, tam visibiles, quàm inuisibiles. Adeo ve
Philip. 2 vere etiamnum apostolus dixerit: Propter quod & deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu, omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium & infernorū, & omnis lingua cōfiteatur, quia dominus Iesus Christus in gloria est dei patris.

Iohan. 17 ¶ L. Si ergo me quæritis, finite hos abire, vt impleretur sermo quē dixit: Quia quos dedisti mihi, nō perdidi ex eis quemquā. ⌋ ¶ Argumentū, tam debere superiores amare & fideliter adiuuare suos subditos, vt pro salute eorum, sicubi necessitas postule,

morti

mortis periculo se exponere non dubitent.

¶⌊Tunc accesserunt & manus iniecerunt in Iesum, & tenuerunt eũ. Videntes autem hi, qui circa ipsum erant, quid futurum erat, dixerunt: Domine, si percutimus in gladio. Respondens autem Iesus, ait: Sinite vsq; huc. Simon ergo Petrus, vnus ex his qui erant cum Iesu, habens gladium, extendens manum, eduxit eum & percussit pontificis seruũ, & abscidit auriculam eius dextram. Erat autẽ nomen seruo Malchas. Dixit ergo Iesus Petro Mitte gladiũ tuum in vaginam.⌋ ¶Quemadmodũ dominus pro suis discipulis & ministris fuit solicitus, se pro eis in periculum vitæ ponens, ita & pro domino soliciti fuere discipuli, volẽtes ipsum pro virili ab hostibus defendere. Quorum caput erat Petrus, qui cæteris feruentior gladiũ exerit, sed prohibitus, non potuit eatenus, quatenus voluit. Ratio subsequitur.

¶⌊Calicem quem dedit mihi pater, non vis vt bibam illum? Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. An putas, quia non possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi plus quàm duodecim legiones angelorum? Quomodo ergo implebuntur scripturæ, quia sic oportet fieri.⌋ ¶Affert rationes ob quas Petrus haud debet vti pro se gladio, quarum est prima, ne videtur resistere voluntati diuinæ, qua oportuit eum sic pati.

¶Secũda, ne sic impedire videatur frustra scripturas, quæ prędixerunt Christum pati. Lucæ.24 Esaiæ 53 Sapien.2 ¶Tertia, quoniam frustra laborat facere Psal.68. quod nolit diuina maiestas. Si enim decuisset aut oportuisset, se defendi à morte, proculdubio, non indiguisset auxilio duodecim apostolorum, qui posset, si vellet, habere duodecim legiones angelorum. ¶Quarta, ne in perniciem suam digladiatur, quem non decet digladiari, quum eius non sit (quoniã Ecclesiasticus) belligerare. Vnde colligimus. ¶Primo, ne pugnemus Prou.21. contra dei voluntatem, contra quã nemo potest. ¶Secundo, Actorũ.5 frustra hominem moliri, quod sibi deus reseruauit. ¶Tertio, plerunq; illum petire bello, qui propria authoritate, nulla superioritate legitima iubente vel concedente, vel ex crudelitate vel vindicta non amore iustitiæ belligerat. Siquidem vindicta erit Deute 32 ei causa perditionis. ¶Quarto, non licere ecclesiasticæ personæ præter præfatas rationes, & nisi necessitate coactæ bellũ gerere, vt quàmmaxime deceat in aduersis patientia, cuius arma sunt lachrymæ & orationes, quibus vtantur cum Mose contra Exod.17

Exo. 17 Amalech. At prohdolor, pauci nunc Ecclesiastici a duertunt, qui regalia à regibus ad pugnandum acceperunt, quum potius reges ab eis Cilicia ad pœnitendum accipere deberent.

¶ ⌊ Et cum tetigisset auriculam eius, sanauit eum. ⌋

¶ En quàm magna potentia, charitas & pietas domini, qui quod verbo docuit, nunc facto per se complet, vt qui docuit, Matth. 5 Luc. 6 diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos. Ad quod hortatur & Apostolus, dicens: Non vosmetipsos defen- Roma. 12. dentes charissimi, sed date locum iræ. Scriptum est enim: Mihi Deute. 32 vindictam, & ego retribuam.

¶ ⌊ In illa hora dixit Iesus turbis, & ad eos qui venerant ad se principes sacerdotum, & magistratus templi, & seniores. Tanquam ad latronem existis cum gladijs & fustibus comprehendere me, quum quotidie vobiscum fuerim, in templo docens, non extendistis manus in me, & me non tenuistis. Sed hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum. Hoc autem factum est, vt implerent scripturæ prophetarum. ⌋ ¶ Quasi diceret: Quid opus est, vt nunc sic ad me armati egressi estis, quum me dudum inermem sine armis capere potuistis. Atque non potuistis, me tunc nolente. In quo debebatis intelligere, non esse in vestra potestate, me capere, sed in voluntate mea, quæ scripturis comprehensa nunc implenda est, quoniam tempus à patre meo definitum, adest. Sed obstinatissimi Iudæi à suo malo proposito nõ sunt auersi, visis prædictis signis, vtpote quos vnicum Christi verbum prostrauit ad terrã, vnde nisi Christo volente surgere haud potuere.

¶ ⌊ Tunc discipuli omnes relicto eo fugerunt. ⌋

Matt. 4. ¶ Cœlum & terra transibunt, non autem verbum Christi. Id Marci. 13 quod hic completur, quandoquidem dixerat in cœna. Vos plerique omnes in hac nocte in me scandalizemini. Ipsi vero futurum negantes, facti sunt contra veritatem, quæ est Christus, menda- Iohan. 15 ces. Nobis exemplo ne plus æquo nobis confidamus, qui sine dei voluntate nihil planè possumus.

¶ ⌊ Adolescens autem quidam sequebatur eum amictus syndone super nudo, & tenuerunt eum. At ille, reiecta syndone, nudus profugit ab eis. ⌋ ¶ Hunc adolescentem fuisse coniectant Iohannem, eiusmodi vestimentum ferre solitum. In quo vnà cum Psalm. 87 alijs verum est factum. Elongasti à me amicum & proximũ, & notos meos à miseria. Hic & si domini amãtissimus fuerit, nõ tamen ha-

men habuit adhuc perfectam charitatem, quæ foras mittit timorem. Huius autē facto docemur, effugere nos debere manus impiorum, & relinquere quæ mundi sunt, & Christū imitari. Quēadmodum Ioseph olim relicto pallio foras exilijt, malēs nudus deo quàm indutus cupiditatibus meretricis seruire. 1. Cor. 14. Gene. 39

¶ Cohors autem & tribunus & ministri Iudæorū, comprehenderunt Iesum, & ligauerunt eum, & adduxerunt eum ad Annam primum. ¶ Ligatus more furis & pessimi latronis ducitur ad Annam: nempe, vt nos peccatis ligatos, & in lymbo vinculatos solueret iuxta Prophetam, dicentem: Et eduxit nos de tenebris & vmbra mortis, & vincula eorum disrupit. Ex eorum numero quia fuit idē Propheta, ideo cū gaudio dicit: Disrupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis. Superest, vt nos peccato relegati oremus, quatenus ipse dominus ob suam ligaturam nos dignetur soluere à vinculis peccati & mortis. Psal. 106 Psal. 115

¶ Erat enī socer Caiphæ, qui erat pontifex anni illius. Erat autem Caiphas, qui consilium dedit Iudæis, quia expedit, vnum hominem mori pro populo. Sequebatur autem Iesum Symon Petrus & alius discipulus. Discipulus autem ille erat notus pontifici, & introiuit cum Iesu in atrium pontificis. Petrus autem stabat ad ostium foris. Exiuit ergo discipulus, qui erat notus pontifici, & dixit ostiariæ, & introduxit Petrum. Dixit ergo Petro ancilla ostiaria: Nunquid & ex discipulis es hominis istius? Dicit ille, non sum. Stabant autem serui & ministri ad prunas (quia frigus erat) & calefaciebant se. Erat autem cum eis, & Petrus stans, calefaciens se. Quem cum vidisset ancilla quædam sedentem ad lumen, & eum fuisset intuita, dixit: Et hic cum illo erat. At ille negauit eum coram omnibus, dicens: Mulier, non noui illum. Neque scio, neq; noui illum, neq; scio quid dicas. Et exijt foras ante atrium, & gallus cantauit. Pontifex ergo interrogabat Iesum de discipulis suis & doctrina eius. ¶ Interrogauit non gratia veritatis agnoscendæ, sed vt calumnias strueret, & ipsum posset reum mortis facere, si vel discipulos seduxisset, vel quid contra legem docuisset. Siquidem illi duo imposuerint, falsam. s. doctrinā & nouam, seductionem & attractionē populi. Gessit autem hoc loco Annas personā vniuscuiusq; vel impij vel negligētis prælati qui de verbo dei nihil nisi per rumorē audit, facile illius præcones calumnians. Cui respondendum est cum Christo. Iohan. 18.

Respon

¶[Respondit ei Iesus Ego palàm locutus sum mũdo, ego semper docui in synagogis & in templo, quo omnes Iudęi conueniũt; & in occulto loquutus sum nihil. Quid me interrogas? Interroga eos qui audierũt, quid locutus sum ipsis. Ecce hi sciũt q̃d dixerim ego.] ¶De discipulis omnino tacuit, de quibus tum parum, vel nihil admodũ boni sciebat, nobis exemplo, ne loquamur malum de eo, de quo bene loqui vel nolumus vel non possumus; nec reuelemus priuata aliorũ peccata in eorũ vel ignominiã vel perniciem Christo dicente: Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eũ
Matt. 18. inter te & ipsum solum. ¶De doctrina vero dominus respõdit, quòd quilibet pręco catholicus iniquo prælato in pari casu respõdere queat, publice non occultim prædicãs, contra hæreticos & clancularios declamatores, quales nostra quidem memoria non sine orbis periculo cognouimus. Respõdet enĩ Iesus hic admodũ modeste, dãs exẽplũ vt hostibus etiã moderate rñdeamus, ac ita, vt nec veritatem cęlemus, nec eos cõtra nos dictis prouocemus.

¶[Hæc aũt cum dixisset, vnus adsistens ministrorũ dedit alapam Iesu dicens: Sic rñdes pontifici? Respõdit ei Iesus: Si male locutus sum, testimoniũ phibe de malo, si aũt bene, q̃d me cædis?]

¶O ingratissime serue, quid eum cędis qui tibi bene fecit, auriculam restituens, non tibi malum pro malo, sed bonum pro malo reddens. O perniciosissime adulator, quid in beneplacitũ iniqui tyranni cædis eum, qui non meruit, nec tamen retalians, cũ potuisset? Ipse nimirum geris personã adulatorũ, qui vt dñis suis applaudant, non verent aliquoties inique alios deferre, & calũ-
Roma. 12. niari. ¶Quid autem hac Christi responsione, vel verius, vel mã-
Deute. 32. suetius, vel iustius? qui non repercutit eum, quem nutu perdere quiuisset. Exemplum præbens, ne nosmetipsos ex irato animo vindicemus, sed vindictam deo committamus, qui retribuet.

¶Cæterũ ais, quũ Christus dicit cœpisse facere & docere, quã-
Acto 1. obrem hac parte non præbuit percussus alteram maxillam, velut
Matth. 5. antes docuit? Respondeo: Scripturam debere intelligi, ne sequat
Luc. 6. inconueniens, vel absurdũ aliquod. Sicuti hoc Christi dictũ, non absolute & ad literã, sed magis secundum animi præparationem est accipiendum. Ita nimirũ, vt homo habeat animũ pręparatum ad hæc facienda, vbi viderit ea, vel in dei honorẽ, vel ecclesię vtilitatẽ cędere, vel necessitat exigere. Quorũ nullum hoc erat loco. Docuit autem sua hic Christus responsione, ¶Primo, nonunq̃

(vt ait

(vt testatur quoq; scriptura) respondendũ esse stulto iuxta stultitiã suã, ne sibi sapiẽs videatur. ¶Secũdo, respõderi posse, sed moderate nos iniuriãtibus, ne detur alioqui occasio male agẽdi. Esse proinde scripturas plerũq; accipiendas ex factis Christi & eius electo. ¶L. Et misit eũ Annas ligatũ ad Caiphã pontificẽ, principẽ sacerdotũ, vbi cõuenerunt oẽs sacerdotes & scribæ, & pharisæi & seniores. ⌋ ¶Iuxta oraculũ prophetæ dicentis: Astiterũt reges terræ, & principes cõuenerũt in vnũ, aduersus dominum & aduersus Christum eius. Prou. 26

¶L. Petrus aũt à lõge sequutus est eũ vsq; intro in atriũ summi sacerdotis. Erat accenso igne in medio atrij, & circũsedentibus illis erat Petrus in medio eo. Exeunte aũt illo ianuã, vidit eũ alia ancilla, & ait ijs, q erãt ibi: Et hic erat cũ Iesu Nazareno. Et post pusillũ alius vidẽs eũ, dixit: Et tu de illis es. Dixerũt ergo ei: Nunqd & tu ex discipulis eius es? Petrus vero ait: O homo non sum. Et iterũ negauit eũ cũ iuramẽto, quia non noui hominẽ. Et post pusillũ, interuallo facto quasi vnius horæ, accesserũt, q stabant, & dixerũt Petro: Vere & tu ex illis es, nã & loquela tua manifestũ te facit. Nã & Galilæus es. Dicit ei vnus ex seruis põtificis, cognatus eius, cuius abscidit auriculã. Nõne ego te vidi in horto cũ illo? Iterũ ergo negauit Petrus. Tũc cœpit anathematizare, detestari & iurare, quia nõ nouisset istũ quẽ dicitis. Et continuo, eo adhuc loquẽte, statim gallus iterũ cãtauit. Et cõuersus dñs respexit Petrum. Et recordatus est Petrus verbi dñi Iesu, qđ dixerat, Priusq̃ cãtet gallus bis, ter me negabis. Et egressus foras, fleuit amarè. ⌋ ¶Quàm grauiter Petrus peccauerit dñm toties, tãq; enormiter negãs, haud est, vt hic multis agã, quũ ea de re in Centurijs abũde disseruerim. Est ea propter hoc in loco potius cogitandũ, qd ipsius lapsus & resurrectio nobis profecerit. Qđ enĩ Petrus, peccator tãtus ex respectiõe dñi resurrexerit amarè flẽs, docemur, ne desperemus, si haud impleuerimus, q̃ deo confidenter polliciti sumus, verũ vt dñm rogemus, quo nos suæ miæ oculis respiciat, vt cognoscẽtes pctã nostra cũ Petro p pœnitentiã possimus resipiscere & resurgere. Nõ enĩ (inqt aplus) est neq; volẽtis neq; currẽtis, sed dei miserẽtis, cõuertẽtis cõuertentẽ se, nolentis mortẽ peccatoris, sed vt conuertatur & viuat. Rome. 9. Ezech. 18

¶L. Principes aũt sacerdotũ, summi sacerdotes, & omne cõcilũ quærebãt falsum testimoniũ cõtra Iesum, vt eũ morti trade-

 rent,

rent, & nõ inuenerũt cũ multi falsi testes accessissent, & cõuenien-
tia testimonia nõ erant. Nouissime aũt venerũt duo falsi testes &
dixerũt, hic dixit. Ego dissoluã tẽplũ hoc manufactũ, & post tri-
duũ aliud nõ manufactũ ædificabo, & nõ erat cõueniẽs testimo-
niũ illoꝝ. ⌋ ¶Recte nimiꝝ ꝑhibẽtur hi duo testes fuisse falsi,
qm̃ verba Chri & eoꝝ sensum falsissime ꝑuerterũt, putãtes eum
Johan. 2. blasphemię accusare. Peruertũt qdẽ verba, Nõ Chr̃s dixerat de
1. Cor. 3. 6 struite sed solute, nec dixerat ædificabo sꝫ excitabo, nec dixerat
2. Cor. 6. post triduũ, sed in triduo: nimiꝝ euidẽter loquẽs & sentiens de
Jonæ. 2 corpe suo, tẽplo dei spũali, qđ ipe erat ẽ somno mortis intra tres
Marc. 12. dies excitaturus iuxta prophetaꝝ figuras & oracula. Si mõ isto-
Luc. 11. rũ tã falsum & incõueniẽs fuerit testimoniũ quã putamus falsa fu
isse eoꝝ testimonia q̃ hic ob incõueniẽtiã notari nõ digna fuere.
Chr̃s aũt ad testimoniũ nihil respõdit, Docens, aperta mẽdacia
respõsione eẽ indigna. Oremus aũt hic, vt dñs det nobis, ne cui
falsas calũnias inferamus, sed illatas pro ei⁹ honore patiẽter fera
mus. Et hoc est qđ seqꝛ. ¶⌊Exurgẽs aũt summus sacerdos in
mediũ, interrogauit Iesum dicẽs: Nõ respõdes qcq̃ ad ea, q̃ tibi
obijciũtur ab his, q̃ isti aduersum te testificãtur: Iesus aũt tacebat
& ei nihil respõdebat. Et princeps sacerdotũ ait illi: Adiuro te p
deũ viuũ, vt dicas nobis, si tu es fili⁹ dei bñdicti. ⌋ ¶Quãto q-
dẽ magis ipe dñs ad indignũ respõsionis eius tacebat, tãto magis
põtifex furẽs, eũ ad respõdendũ prouocabat, vt ex verbis ei⁹ oc-
casionẽ calũniãdi captaret. Qui enĩ ad eũ capiendũ quasi latronẽ
miserat, nũc de furto & vsurpatione deitatis examinat. Cui dñs
ob reuerẽtiã diuini nõis inuocati respõdit veritatẽ, vt inexcusa-
biles eẽnt, & ne nomẽ dei spernere videret, inquiẽs: ¶⌊Dicit
illi Iesus, tu dixisti. Ego sum: Veruntñ dico vobis, ammodo vi-
debitis filiũ hoĩs, sedentẽ à dextris virtutis dei, & venientẽ in nu-
Mat. 24 bibus celi. ⌋ ¶Q. d. quẽ mõ contẽnitis & ignominiose tracta
Marc. 13 tis in die iudicij sedẽtẽ, vt iudicẽ à dextris dei. i. in equali & ple-
Lucæ. 21. nissima ptãte patris, exaltatũ sup oẽs celos, & iudicẽ viuoꝝ &
2. Tim. 4 mortuoꝝ videbitis. ¶⌊Tũc princeps sacerdotũ scidit vesti-
mẽta sua dicẽs: Blasphemauit, qd adhuc egemus testibus. Ecce
nunc audistis blasphemiã, qd vobis videtur: ⌋ ¶In more erat
Iudæis, scindere vestimẽta in signũ doloris & detestatiõis crimi
nis, cũ qd blasphemię, vel hoc genus aliud cõtra deum audiebãt,
Acto. 14. velut alias Paulus & Barnabas sciderũt vestes, cũ cultu diuino sẽs
hono-

honorari videbãt. Sed miser ô princeps nequam, quid scindis vestimẽta? Nõ dixit Chrũs blasphemiã sed veritatẽ. Tu ipse blasphemas, q q̃d dei est, deo nõ attribuis, sed filiũ dei, credis purã creaturã, ideoq; tua blasphemia tecũ est in pditionẽ. At ô indurate Caypha, qd scindis vestimẽta tua? scinde colligatiões impietatis cordis tui. Audi prophetã Iohel fantẽ. Scindite corda vestra, & cõuertimini ad dominũ deũ vestrũ. Iohel.ii. a

¶L. Qui omnes condemnauerunt eum esse reum mortis. ⌋

¶O insensati Iudæi, quũ legis pcepta vos obseruare arbitramini, contra legis præcepta iudicatis. Dñs enim dicit: Innocentem & iustũ non condẽnabis. At nihil probatũ adhuc est contra Christũ. ¶L. Et viri, qui tenebant eum, illudebant ei, cedebãt. Tunc cœperunt quidem conspuere. Expuerũt in faciem eius, & velauerũt eum, & percutiebant faciẽ eius, & colaphis eum ceciderũt. Alij aũt palmas ĩ faciẽ ei⁹ dederũt, dicẽtes: Prophetiza nobis Chr̃e, qs ẽ, q te pcussit? Et alia multa blasphemantes dicebãt in eũ. ⌋ ¶O infelicissimi Iudæi idẽq; ĩpudẽtissimi, qd cõspuistis & velatis & cęditis faciem illã speciosissimã & amabilem, quam & reges, prophetæ & patriarchæ tantopere desiderarunt videre, qua & angeli gaudent & lætantur? At ita vobis cõsentiẽtibus oportuit impleri scriptura, dicẽs: Corpus meũ dedi percutientibus, & genas meas vellentibus faciem meã non auerti ab increpantibus, & cõspuentibus in me. Et factus sum eis in prouerbiũ. Lucæ.io. Esaiæ.ro Iob.3o

¶Hactenus de his, q̃ gesta & acta sunt circa Chr̃m tpe matutino, quo eoꝝ in matutinis precibus fit memoria & eoꝝ gratiaꝝ actio. Deincepa videamus quæ acta sunt hora diei prima.

¶De hora canonica secunda. Cap. VII.

SEcunda horarum canonicarum dici cœpta est Prima, quoniam eius officium primo diei tempore circa solis ortũ ex instituto Ecclesiastico, & primũ quidẽ anteq̃ alia officia celebrari cõsueuerit, atq; sub idẽ tẽpus in ibi speciatim laudari deus cũ gratiaꝝ actione, vtpote ob nõnulla, quæ dñs ipse deus eo tẽpore in nostrã salutẽ sat superq; miraculose effecerit. ¶Primo siquidẽ ea hora ipm Loth eiusq; familiam ex Sodoma eduxerit, & ab incendio sulphureo vindicauerit.

¶Secũdo, quia dominus eodem tempore plerũq; semp orauerit, deindeq; in templo docere populum cœperit, idemq; primo mane paterfamilias exierit, nos tanquam operarios in vi- Gene.19. Iohan.8. Matt.20

neã suã conducturus. ¶Tertio, quũ sub idem tẽpus à Iudæis, ligatis post tergũ in morẽ sceleratissimi malefactoris, manibus, Pilato traditus, falsisq́ testimoniis impudẽter accusatus, in faciem cũ varie tũ duriter percussus, & iuxta prophetaꝝ oracula
Esaie. 53
velatus & cõsputus fuerit. Euãgelistis idipsum vnanimiter in hæc
Psal. 68.
verba, quæ sequuntur, adformantibus.

¶Quid actũ sit circiter primã diei horã. Cap. VIII.

MAne aũt facto, cõciliũ inierunt oẽs principes sacerdotũ & seniores populi, & scribæ aduersus Iesum, vt eũ morti traderẽt, & duxerũt illũ in conciliũ suũ, dicẽtes: Si tu es Christus, dic nobis. Et ait illis: Si vobis dixero, nõ creditis mihi. Si aũt interrogauero, nõ respondebitis mihi neq; dimittetis. Ex hoc aũt erit filius hoĩs sedens à dextris virtutis dei.⌋ ¶Ex his aduerte, quã Iudæi sitiuerint sauguinẽ Iesu Christi, q sic quæsiuerũt sentẽtiam de morte eius dari: vt porte quoꝝ tanta fuit malicia, vt nulla interponeref mora, quin occidẽdus Pilato tradereſ: q̃rentes occasiones calũniandi, q̃runt an sit filius dei, nõ studio veritatis agnoscẽdæ. Quibus ipse, vtcũq; in summa positus aduersitate, veritatẽ nõ tacuit, sic responsionẽ tẽperans suã, vt & veꝝ dicat, & sermo eius calumniæ nõ pateat, malẽ se filiũ dei probare, q̃ dicẽre, vt cõdemnãdi causa tollereẽ his, q quod obiiciunt, hoc ipsi fatenſ. ¶Atq; hoc loco dñs dat exemplũ, ne quia Christũ & veritatẽ deserat ob tẽporale periculũ, sed vsq; in mortẽ cõstans pseueret, inquit eñ ipse alias: Nolli-
Matt. 10
te timere eos, q occidũt corpus, animã vero nõ pñt occidere, sed
Luce. 12
potius timete eũ, q potest & animã & corpus pdere in gehennã.

¶⌊Dixerũt aũt oẽs: Tu ergo es filius dei? Qui ait, Vos dicitis, q a ego sum. At illi dixerũt: Quid adhuc desideramus testimoniũ Ipsi eñ audiuimus de ore eius.⌋ ¶Nõ est ergo, ò infelicissimi
Iohan. 15
Iudæi, q̃d vnq̃ vestræ malitię velamẽ p̃texere studueritis, q̃m inexcusabiles estis de vestra ignorãtia, quũ vos ex verbis vr̃is condẽnatis, ex q̃bus iudicabimini. Sed ita q̃q; gẽtis psonã obstinatarũ, q̃bus reuelata secretiora nõ psunt, sed obsunt, vt quibus ob malitiam omnia vertuntur in peius.

¶⌊Et surgẽs oĩs multitudo eoꝝ, duxerũt illũ vinctũ à Caipha in ptoriũ, & tradiderũt eũ Pontio Pilato p̃sidi. Et ipsi nõ introierũt in p̃toriũ, vt nõ cõtaminarenſ, sed vt mãducarent pascha.⌋

¶O impia cæcitas, q̃d times cõtaminari alienigenæ iudicis p̃-

torio & fratris innocẽtis sanguinẽ cõtra legẽ effundere nõ times. Atq; sic faciũt q de minimis sibi faciũt cõsciam, multo maiora cõ Matt 13
¶ L. Exiuit ergo Pilatus foras ad eos. Tũc vidẽs Iudas (mittẽtes qui eũ tradidit, q̃d dãnatus eẽt, pœnia ductus, retulit triginta argẽteos principibus sacerdotũ & senioribus, dicẽs: Peccaui, tradens sanguinẽ iustũ. At illi dixerũt: Quid ad nos: tu videris. Et proiectis argẽteis in templo, recessit, & abiẽs, laqueo se suspẽdit, & crepuit medius. L ¶ Væ tibi Iudas, qui ad fontẽ miæ per spem veniæ nõ redisti, sed ,ppt'ij sceleris imanitate pterritus desperasti. Proh tua nimiũ serò pœnia. At hęc ẽ fraus cacodęmõis, vt pctm̃ à principio eleuet, & ppetratũ deinde sic exageret, vt pctõrem nõ ad spem, sed desperationem trahit. Non est adeoq; standum suggestionibus diaboli. Crepuisti aũt medius, qm̃ indignus q emittas iniquã tuã animã per os & guttur, quo Christi os gloriosum indigne prodidisti & osculatus es. Te quoq; laqueo suspendis, qm̃ non sis dignus neq; hominũ, neq; angeloꝝ consortio, sed dęmonum, qui in hoc aere caliginoso habitãt. Cur etiã te maluisti quàm denarios perdere, vtpote denarios rẽplo, teipsum laqueo & diabolo dedisti. ¶ Cæteꝝ discant hic auari, quam (Apostolo scribente) nihil aliud sit auaritia q̃ laqueus Satanæ, quo hic hominem auaꝝ finaliter trahit ad perniciẽ animæ, vitæ, & honoris. Ephes. 6. 1. Timo 6

¶ Hac vero parte, quis etiamnum non miretur. ¶ Primo, Iudæoꝝ cæcitatem, quod & si audiũt Iudã emisisse iusti sanguinẽ, se tamẽ esse credũt extra reatum & in vẽdente scelus cõstituũt.

¶ Secũdo, eoꝝ duritiã & infidelitatem, vt quos nec confessio peccati, nec restitutio pretij, nec operatio proprij suspẽdij emolliuit, qui nec pœnitenti, nec proncienti, nec suspendẽti Iudæ crediderũt, seipsos vnà cũ Iuda damnantes. ¶ Vnde colligat præses & prælatus quilibet, ne sua crudelitate præbeat peccatoꝝ occasionẽ desperandi. Id quod hic Iudæi præsides factitarunt, qui vtiq; paulò durius Iudæ respondere, quem paulò mitius oportuisset conuenire. Sec os egit Petrus, alibi ad Simonẽ dicens: Pœnitentiã age ab hac nequitia tua, & roga deũ, si forte remittat, tibi hæc cogitatio cordis tui, nimiꝝ ad quem paulo ante Christus dixerat: Ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua. Et tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos. Acto 8 Luc. 22

¶ L. Principes aũt sacerdotũ acceptis argenteis, dixerũt: Non licet eos mittere in carbonã, quia pretiũ sanguinis est, Consilio

C 5 autem

autē inito emerunt ex ipsis agrū figuli in sepulturā peregrinorū.
Propter hoc vocatus est ager ille lingua eorum Acheldemach,
hoc est, ager sanguinis vsq; in hodiernū diē. Tunc adimpletum
Zacha. 9. est, quod dictum est per Hieremiam prophetam, dicentē. Et ac-
ceperunt triginta argenteos pretium appretiati, quem appre-
tiauerunt à filijs Israel, & dederunt eos in agrum figuli, sicut cō-
stituit mihi dominus.⌋

¶ Ipsi vero Iudæi etsi hoc nō fecerunt in misericordiam, sed in
saluatoris infamiā, simulantes pietatē & intendētes iniquitatē,
vt lōge lateq; diffamaretur emptio Christi, ceu hominis impro
bissimi, tamen coacti implerūt. ¶ Primo scripturā, qua sic fore
prædictū erat. ¶ Secūdo mysteriū, quo intelligimus, Christū
nobis in hoc seculo peregrinis sanguine suo emisse veram sepul
turam. i. requiē æternā in altero seculo.

¶ ⌊ Iesus aūt stetit añ p̄sidē. Et dixit præses. Quā accusationē
affertis aduersus hominē hunc. Responderunt & dixerūt, si non
esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eū.⌋

¶ Q. d. Quid q̄ris à nobis de cā? Nonne tantæ sumus verita-
tis & iustitiæ, vt simplici nostro verbo credere deberes? Nonne
suffecerit, quod illū nostro examine inuenim⁹ malefactorē, mor
te dignū? ¶ Nempe gerentes p̄sonā maloꝝ & præpotētiū, qui
se iustificāt & in iudicio paupres supprimāt authoritate & potē
Leuiti. 19 tia. Quos tamen iudex audire haudquaquam deberet, vt ad quē
deus dixit. Non consideres p̄sonā paup̄is, nec honores vultū po
tētis, &c. ¶ Atqui impudēter hic nugātur Iudæi, dicētes Chri
Marci. 7. stū malefactorē, de quo sup plebs simplex, quę fucare nequit, pa
lam dicebat. Bene oīa fecit, & surdos fecit audire, mutos loqui,
Matt. 4 obsessos liberauit, leprosos mundauit, claudos ambulare dedit,
Marci 7. mortuos resuscitauit, oīs denicq;, qui ei oblati sunt, infirmos sa
Psalm. 34 nauit, &c. Verum scriptura hac parte in eius p̄sona cōplebitur,
dicens: Retribuebant mihi mala pro bonis.

¶ ⌊ Dicit ergo eis Pilatus, accipite eum vos, & secundū legem
vestram iudicate.⌋ ¶ Q. d. Si sufficit vestra examinatio, suffi-
ciat vestra sententia, ego nequaq̄ talis efficiar. Iudex ipse sine cau
sa & accusatione quenquā iudicare non audeo.

¶ ⌊ Dicūt ergo ei Iudæi. Nobis nō licet interficere quenq̄, vt
sermo Iesu impleret, quē dixit, significās qua morte eēt moritu
rus.⌋ ¶ O cæci, ô stulti Iudæi. Nōne vobisipsis contrarij estis?

Interfi-

Interficitis eum, quē iniustē interficiendū offertis, & sanguinē innocētē funditis, quē fundēdū alteri traditis. Siqdem qd qs p alterum facit, est ac si ipse fecit. Ideoq; cōsentiētes cū facientibus æq pœna puniemini.

¶Personā gerētes eorū, qui cōniuēt, vt alijs male fiat, prętexētes suā nequitiā velamine excusationis alicuius.

¶Oportuit aūt verbū Christi impleri, q̄ iā antea aliqties dixerat, se traditū iri p Iudæos ipsis gētilibus (qualis erat Pilatus à Romanis gētilibus illic positus) à quibus eēt illudēdus, flagellādus, crucifigēdusq;, nō aūt à Iudæis nisi cōsensu & traditione.

¶Cœperunt aūt illum accusare, dicentes: Hunc inuenimus subuertere gentem nostram, & prohibentem tributa dare Cæsari, & dicentē se Christum regem esse.

¶Atqui plane falso accusant, & prorsus falsi sunt testes, de qb⁹ ipse dn̄s p prophetā: Insurrexerūt i me testes iniq, & mentita est iniqtas sibi. ¶Primo qdē dn̄s Iesus nō subuertit gētē, sā lege, quā docuit in veritate, nec venerat soluere legē sed adimplere. ¶Scd̄o nec prohibuit cēsum dari Cæsari, q̄ pcepit, dicēs: Date Cęsari, q̄ sunt Cæsaris, & deo, q̄ sunt dei. Qui & ipse pro se & Petro tributū, qd haud debuit, soluit, ne scādalizaret. ¶Tertio, nec se vnq̄ Chr̄m esse regē apto, vel appellauit, vel fecit, q & aufugit, quū vellēt eū facere regē, quamuis in rei veritate rex eēt cœli & terræ, cuius regni non est nec erit finis.

¶Introiuit ergo iterū in prætoriū Pilatus, & vocauit Iesum & dixit ei. Tu es rex Iudęorum. Respondit Iesus, à temetipso hoc dicis, an alij tibi dixerunt de me. Respondit Pilatus. Nūquid Iudæus sum ego. Gens tua & pōtifices tui tradiderūt te mihi, Quid fecisti? Respondit Iesus. Regnū meum nō est de hoc mūdo, si ex hoc mūdo eēt regnū meū, ministri mei vtiq; decertarēt, vt nō traderer Iudæis, nūc aūt regnū meū nō est hinc. ¶Pilatus silētio præteritis duabus accusatiōibus tanq̄ vel omnino friuolis vel plane cōfictis, trāsit ad tertiā, quasi ad se ptinētē, & omnino seditiosā cōtra imp. cui signo tributi vnusqsq; subijciebat. Interrogat proinde à Iesu, dicēs: Tu es rex Iudæorū? Hæc q̄stio, q̄a iuris erat nō facti, quo cōstabat Christū nō esse regē, qui nil secū haberet, quod regiam & terrenam pompam præ seferret. Ideoque ad quæstionem iuris respondit Iesus, inquiens: Regnum meum non est de hoc mundo nec hinc, Quasi dicat, Pilate etsi rex sum, non

Roma. 1. Psalmum. ff. de quis eā.
Lii quis §. pe ff de iurisdictio.
Mat. 20. Marc. 10. Lucæ 18.

Psalm. 26. Matt. 22. Marc. 12. Matt. 5. Matt. 22. Marc. 12. Lucæ 20. Matt. 17. Iohan. 6. Lucæ. 7. Apoca. 19. Lucæ. 1. Mich. 4.

non tamen est, quod Imperator tuus habeat sibi timere de regno meo, quoniã de hoc mũdo nõ est, nec aduersat regno Imp. quod terrenũ est, ac ipse humanitus ad ipm est prouectus. Ipse vero lõge alius sum & clarior rex, cuius ptãs & authoritas, q̃ eex sum, nõ habet originẽ & pcincipiũ hinc, id est, ex causis humanis & hoĩm electione, sed aliunde, id est, à patre meo cœlesti. Et licet regnum meum, quod cœleste est diuinumq̃, hic sit quia vbi attingit à fine
Sapien.8 vsq; finem, qui & inuisibiliter regno in hoc mũdo, cui pcouideo, atq; in eo cũcta ad votũ dispono, non tñ est hinc, id est, nõ est ab infimis cõstitutũ, sed cœlitus & ante secula, nec humanũ, nec corruptibile. Haud proinde est, vt eegno meo terrenã dominationẽ quæeo, nec seditionem proptec ipsum paco. Et hoc est, quod

¶ L. Dixit itaq; ei Pilatus: Ergo rex tu es. Respõdit Iesus, tu dicis, quia rex sum ego. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mũdum, vt testimoniũ perhibeã veritati. Omnis qui est ex veritate, audit vocem meã. ⌋ ¶ Per hanc temperatã responsionẽ determinat dñs suũ regnum, quod subindicat esse in eo, qui est ex veritate. s. prima, id est, ex deo. s. peceeationẽ, imitationẽ, & subie-
Gala.5 ctionẽ. Et qui talis est, Christi est regis subditus, quia ipm audit in Euãgelio pee fidem opere constantẽ. Væ igit illis qui Christũ non audiũt, qui pcofecto simillimi sunt Pilato, q de veritate quærens responsionem non expectauit, verum foras abijt. Ita nimirum plane multi sunt maximè ex pcimoribus q de veritate quæ runt, sed eam audire recusant quum vel in eorum salutem de ipsorum defectibus recensetuc. Siquidem veritas fit, vt aqua benedicta, ad quam multi currunt, sed manus apponunt, ne facies pee eam adspergatur.

¶ L. Dicit ei Pilatus: Quid est veritas? Et cum hoc dixisset, Iterum exiuit ad Iudæos, & dixit eis: Ego nullam inuenio causam in hoc homine. At illi inualescebant, dicentes: Commouit populum, docens per vniuersam Iudæam, incipiens à Galilæa vsq; huc. ⌋ ¶ En quãta cæcitas Iudæorũ. Nam ipsorũ accusatio arguit Christum esse innoxiũ, & esse eos, qui accusant pueršus. Docuisse enĩ
Psalm.75 populũ non est criminis, sed virtutis, nec male commouit populum, qui fecit pacis testamentum, & cuius locus in pace factus est. Insuper vide quãta peruersitas Iudæorũ, qui populus dei (sua quidem opinione) & cæteris religiosiores eum mendaciter condemnant, quem Pilatus laicus & gentilis pronuntiat iustum & in-

nocentem: quippe, personam gerentes aliquorum prælatorum & iudicum ecclesiasticorum, qui aliquoties in grande scandalũ populi malefactores tuentur, qui per seculares iudices punirentur, vt pote laicis iniquiores.

¶ Pilatus autẽ audiens Galilæã, interrogauit si homo Galilæus esset, Et vt cognouit, quod de Herodis potestate esset, remisit eũ ad Herodem: qui & ipse Hierosolymis erat illis diebus. Herodes autẽ viso Iesu, gauisus est valde. Erat enĩ cupiens ex multo tẽpore videre eũ, eo q audierat multa de eo, & sperabat signũ aliquod videre ab eo fieri. Interrogabat eũ multis sermonibus. At ipse nihil illi respondebat. ¶ Merito illi nihil respondit, eũ quia homicida & adulter, qui nuper Iohannẽ Baptistã iniuste & indigne occiderat, tũ quia interrogarit, nõ sicut studiosus, sed vt curiosus, nõ vt veritatis amator, sed vt tentator, nõ vt lucratiuus vtilitatis, sed vt nouorũ cupidus. Insuper q d respõderet ei qui illũ vsq; adeo neglexerat, vt eius sermonẽ ne semel quidẽ audire dignatus fuerat, vtcunq; propinquus, velut nõ pauci nunc sunt ex primatibus qui nunq̃ sermones diuinos audiunt, prætexentes nescio quæ, indigni deinde singulari doctrina. Mat. 14 Marci. 6

¶ Stabant autẽ principes sacerdotũ & scribæ cõstanter accusantes eũ. Spreuit autẽ illũ Herodes cũ exercitu suo, & illusit indutũ veste alba, & remisit ad Pilatũ, Et facti sunt amici Herodes & Pilatus in ipso die. Nã antea inimici erant ad inuicem.

¶ Personam gerentes eorũ, qui in condemnatione & nocumẽto innocentũ fiũt cõcordes, q antea contrarij fuere. Præterea figura erat istorũ fœdus, Iudæorũ & Gentiliũ, qui vtcunq; genere, religione & mente dissentirent, futuri tamen essent consentientes in Christianis persequendis. Matt. 10 Lucæ. 10.

¶ De hora canonica tertia. Cap. IX.

Tertia horarũ canonicarũ appellari vulgo cœpit Tertia quandoquidẽ ipsius officiũ tertia suis psalmodijs circiter tertiam diei horã celebret, & maxime, quod mihi deus ĩ nostrã q̃q; salutẽ singularia q̃dã peregerit quorũ cum gratiarũ actione memoria sub idẽ tẽpus cõmendet. In ea quidẽ hora dñs spiritũ sanctũ suũ discipulis suis in ignearũ linguarũ forma misit, ipsosq; reddidit celeberrimos euangelicæ legis præcones. In eadem etiam hora circiterq; ipsam dominus Iesus improbo Iudæorum clamore & conatu & studio, linguisq; Actorũ. 2

proeacitate crucifigi cœpit, simulq́; illudi veste purpurea indutus, coronaq́; spinea pungi cœptus, ac deinde crucē proprijs humeris ad locū Caluariæ ferre cōpulsus, velut in hæc verba, quæ sequuntur, Euāgelistæ testantur.

¶ Quid actū sit circiter tertiā diei horam. Cap. X.

Pilatus aūt vocatis principibus sacerdotū & magistratib⁹ & plebe, dixit ad illos: Obtulistis mihi hūc hominē quasi auertentē populū. Et ecce ego corā vobis interrogans nullā causam inuenio in hoīe isto in his, in qbus eū accusatis, sed neq; Herodes. Nā remisi vos ad illū, & ecce nihil dignū morte actū est ei. Emendatū ergo illū dimittā. Necessum aūt habebat dimittere eis per diē festū vnū vinctū, quē voluissent, quēcunq; petissent. Et dicit eis: Est cōsuetudo vobis, vt vnū dimittā in pascha (habebāt tū insignē, qui dicebat Barrabas. Erat aūt Barrabas latro, qui propter seditionē quandā factā in ciuitate & homicidium, missus est in carcerem.) Congregatis ergo illis, dixit Pilatus: Quem vultis dimittam vobis? Barrabam, an Iesum, qui dicitur Christus? Vultis ergo dimittam vobis regē Iudæorum, (sciebat enim, q per inuidiam tradidissent eum.) Exclamauit autem simul vniuersa turba, dicens: Tolle hunc, & dimitte nobis Barrabam. Iterum autem Pilatus loquutus est ad eos, volens dimittere Iesum. At illi succlamabant, dicentes: Crucifige, crucifige eum. ¶ En quanto odio, q̄ sunt in malitia plus q̄ indurati, & supra q̄ dici potest cæci, infelicesq́; Iudæi, quod ne Christus liberaretur præelegerunt & petierūt Barrabā hominē pestiferum dimitti & liberari, Christū vero saluatorem innocentem tolli de medio & crucifigi: præferentes latrones ipsi latronem & homicidam authori vitæ, mortem vitæ, tenebras luci, filium diaboli filio Dauid, agnum lupo, aurum luto, dicentes: Tolle hunc, &c. Q. d. Occidatur ille, qui mortuos suscitauit, & dimittatur latro,
Matt. 11. Luc. 7 vt rursus viuos occidat. Bipharìam enormiter peccātes, cū quia reum petierunt liberari, & innocētem damnari contra scripturam dicentem:
Prouer. 17 Qui iustificat impiū & condemnat iustum, vterq; abominabilis est. Id quod deinde S. Petrus istis serio obijcit,
Actorū. 3. inquiens: Vos sanctum & iustum negastis, & petijstis verum homicidam donari vobis, authorē vero vitæ interfecistis, &c. Atq; ideo iuste vitam, salutem, libertatemq́;, & pacem toto orbe perdiderunt, qui authorem vitæ, salutis, libertatis, pacisq; interimerunt,

runt, cuius, vel quamlibet horrendi sceleris, vel in hãc diem illos
non pœnitet, vsqueadeo per diabolum retenti. Gesserunt autẽ
ipsi hac in parte personã eorũ, qui (vt nunc maxime fit) in perni-
ciem reipub. malos eligunt & promouent, bonos vero & vtiles
reprobant ac negligunt.

¶ Illis sũt tertio dixit ad illos: Quid enim mali fecit? Nullã cau-
sam mortis inuenio in eo. Corripiã ergo eũ & dimittã. ¶ O
Pilate, nõ dubito, quin hoc dicas & facias, vt sedes & mitiges fu-
rorẽ & odiũ Iudæorũ & Christũ in vita seruates, vehemẽter ta-
men peccas. Quid vis castigare dñm, qui nec flagella meret, nec
pœnam mortis, quia innocens & peccatum non fecit? Quum iu- Esaie. 53
dex sis ex. LL. tuis innocenti nec minimã inferre deberes pœ- 1. Petri 2
nam. Nec interim tua poterit excusari intentio vel quamlibet bo 1. Joban. 3
na, quoniam non sunt facienda mala, vt veniant bona. Siquidem
malum sit longe maximum affligere innocentem, & præsertim
dei filium. Adeo vt. LL. tuæ dicant: Sanctius esse impunitum fa- L. absente
cinus relinqui nocentis quàm innocentẽ damnare. ¶ Atꝙ passi ffoe pens.
me Iesu, agne sine macula, quid tibi & morti? Nos peccauimus, Exodi. 12
& tu luis, nos debuimus, & tu solui, vt verum reddatur, quod Psal. 68.
olim per prophetam dixisti: Cõfortati sunt, qui persequuti sunt
me inimici mei iniuste, quæ non rapui, tunc exoluebam. Sed ita
oportuit, vt innocens redimeret nocentem.

¶ Tunc apprehendit Pilatus Iesum & flagellauit. Et milites p̃-
sidis suscipientes Iesum in prætorio, congregauerunt vniuersam
cohortem, & exuentes eum chlamydem coccineam, veste pur-
purea circumdederunt eum. Et milites plectentes coronã de spi
nis, imposuerunt capiti eius, & arundinem in dextera eius, & ve-
niebant ad eum, genuꝗ flexo adorabant eum & illudebant, dicẽ
tes: Aue rex Iudæorum, & dabant ei alapas, & expuentes cõspu-
erunt in eum, acceperunt arundinem, & percutiebant caput eius
Exiuit igitur Pilatus iterum foras, dicens: Ecce adduco vobis eũ
foras, vt cognoscatis, quod nullam inuenio in eo causam. Exiuit
ergo Iesus, portans spineam coronam & purpureum vestimen-
tum. Et dicit eis: Ecce homo. ¶ Quũ passim in scriptu
ra hæc dictio, ecce, semper aliquid admirandum & stupendum
designet, abesse non potest, quin & hac parte notet stuporem,
procul dubio ineffabilem Iesu Christi pœnam & confusionem,
& speciem corporis visu indignã, Atꝗ nimirum non putamus

esse tanta facundia quenq̃, qui vel minimã partem hoc loco Iesu passionis & confusionis, qua Iudæi illũ adfecere describere possit nec tam inhumanũ, qui ipsam possit citra horrorem, vel dicere, vel audire. Quid enĩ hoc est aliud dicere: Ecce homo, q̃ o ingratissimi, o inhumanissimi, o immanissimi & induratissimi Iudæi vi dete & cõmiseremini homini innocentissimo & supra quàm videri potest indigne punito, videte (inquã) nunquid vllo vnq̃ tẽpore vidistis quenq̃ vel quãlibet malum sic duriter castigatũ, sic turpiter tractatũ, sic vndiq; tortũ? Haud quaq̃ quando præ tormentis & despectiõibus, non habeat hominis effigiem. ¶ Atq; verò hoc est loco completũ, quod de agno innocente prædixit,
Esa. 1 Propheta, inquiens: A planta pedis vsq; ad verticem nõ est in eo sanitas. Eheu q̃ vere idem hodie Propheta in persona omniũ pro-
Esa. 53 phetarũ de dño Iesu dicit: Vidimus eum, & non erat ei aspectus, & reputauimus eũ quasi leprosum, percussum à deo & humiliatũ, nec est ei decor, nec species, qui speciosus est forma præ filiis ho-
Psalm. 44 minũ. Eheu q̃ vere p Prophetam hodie dicis dñe Iesu. Ego sum vermis, & non homo, opprobriũ hoim & abiectio plebis. Omnes
Thren. 3 vidẽtes me deriserunt me, locuti sunt labiis, & mouerunt caput.

¶ Attendite igit omnes qui transitis, & videte an sit dolor, mei similis, quũ sim iuxta Prophetã vir dolorũ. Id quod dilectissimi frẽs, facile tradiderimus, vbi considerauerimus, quõ Iesus tenerrimus, speciosissimus, & innocẽtissimus omniũ durissimis catenis columnæ alligatus à planta pedis vsq; ad verticẽ cruciatus conspicit, cruore per totũ suffusus & sputo maculatus, tremens propter frigus corã omnibus denique denudatus cõmonstrat, cui reiterata est plaga super plagã, liuor super liuorem, fractura super fracturã, sanguis sup sanguinẽ. Et quidẽ nõ pro se, sed pro nobis, vt nos per sua flagella misericorditer erueret à flagellis gehennæ.

¶ Videat igit (o Christiana anĩa) quãta & qualia pro te sine causa passus est dñs tuus, & discas exemplo eius patientiã in laboribus,
Hebræ. 12 & aduersis. Merito quidem sufferimus dñi flagella nobis in emẽ-
Prouer. 3. datione, quũ filius dei sua pro nobis flagella tam patienter sustinuit. Caueamus quoq; ne Christum denuo peccando reflagellemus, singuli dicẽtes: O dñe Iesu, q pro nobis cruciari & flagellari vndiq; voluisti, da mihi flagella paternæ tuæ coreptiõis libẽter suscipere, & te peccatis meis nunq̃ denuo flagellare.

¶ L. Cum ergo vidissent eum põtifices & ministri clamauerũt, dicentes

dicentes: Crucifige, crucifige eum.⌋ ¶O detestanda crudelitas, o maledicta durities Iudæorũ, qui nec punitiõis acerbissimæ, nec illusionũ opprobrio contenti, nec Pilati excusatione placati mortẽ adhuc fiunt. O viri sanguinũ. O insatiabiles sacrilegi, quibus non sufficit alterũ. s. vel flagellare vel occidere, sed vtrũq; nõ contẽti qualibet morte, sed turpissima. s. crucis efflagitant. Clauis ad lignũ affigi querũt, ne dolor citius finiat, sed morte producta moriaf, qui ne eius fiat memoria nisi pessima, vt qui maledictus haberef, quoniã in ligno pendisset. Quę tamen mortem non sine mysterio dudum antea à Christo & per Prophetam fuerat delecta. Sapie.2 Deuter.21 Gala.3

¶⌊Dicit eis Pilatus: Accipite eum vos, & crucifigite. Ego eñ non inuenio causam in eo. Responderũt ei Iudæi: Nos legem habemus, & secundum legem debet mori: quia filium dei se fecit.⌋

¶Erras o Iudæe, interpres mendacissime. Siquidẽ Christus non fecit se deũ, sed pater eũ ab æterno genuit, deus deũ, nõ igit blasphemauit, quia filiũ dei se dixerit, quũ cõfessus sit veritatem. Vos aũt legi fraudẽ facitis, q legẽ iuxta ipsius mentẽ nõ interpretamini. Lex eñ censet blasphemũ, qui se deũ dicit, qui deus non est. Psal.2 Psal.109 Hebræo.1 Leuit.24

¶⌊Cum ergo Pilatus audisset hũc sermonem magis timuit.⌋

¶Ante timuit occidere innocentem, nũc magis timuit occidere filium Dei.

¶⌊Et ingressus est prætoriũ iterũ, & dicit ad Iesum: Vnde es tu?⌋

¶Quærens de diuina eius natiuitate, quæstione sic alta, vt ipse responsionem audire non debuerit. Siquidem diuina generatio infideli non fuerit explicanda, maxime quòd is voluerat impedire passionem Iesu Christi, qui pro nobis pati venerat. Et hoc est, quod sequitur. Esa.53 Iohan.3

¶⌊Iesus aũt responsum non dedit ei. Dicit ergo Pilatus: Mihi nõ loqueris. Nescis, quia potestatem habeo crucifigere te, & potestatem dimittere te. Respõdit Iesus: Non haberes potestatem aduersus me vllam, nisi tibi datum esset desuper.⌋

¶Nimirum omnis à Deo potestas. Roma.13

¶⌊Propterea qui me tradidit tibi, maius habet peccatum.⌋

¶Siquidem ipse gentilis ignarus legis diuinæ humano timore, Iudas cupiditate, Iudæi vero rancore & odio peccarunt.

¶⌊Et exinde quærebat Pilatus dimittere eũ. Iudæi aũt clamabant, dicẽtes: Si hũc dimittis, nõ es amicus Cæsaris. Omnis enim,

qui se regē facit, contradicit Cæsari.⌋ ¶ En malignitas Iudæorum, qui non valentes per falsas accusationes circūuenire iudicē, nitunt ei de iniuria Cæsaris ingerere timorē, dicētes: quod se regem fecisset, ac ita niteref contra Cæsaris ædictū, quo cauebatur
Apoca. 19 / 1. Timo. 6 sub pœna capitis, ne quis se regē nominaret. Id quod nec Christus fecerat, vt supra diximus: quanq̄ hoc vere poterat, quū esset rex regum, sed absq; Cæsaris terreni præiudicio. Sed vnde regē probabūt Christū? Nunqd à purpura, à diademate, à curia, à militibus? Hauquaq̄, quoniam eis non fit vnq̄ vsus.

¶ L. Pilatus aūt cū audisset hosce sermones adduxit foras Iesum & sedit pro tribunali in loco, qui dicitur λιθόστρωτον, hebraice aūt Gabbatha.⌋ ¶ O Pilate quid times Cæsarē, si dimiseris Iesum
L. Absens tem . iij de pœnis innocentē, imò grām habebis, hoc dimisso, Cæsaris, q dedit. L. qua cauet, vt melius sit impunitū relinqui nocentē quā innocentem dānare. Vere geris hic psonā eorum, qui in aulis principū versanf, quorum multi ad grām principū captandā perdūt innocētes, male timentes ne sibi principes fiant indignabundi, æternæ damnationi plane obnoxij.

¶ De hora canonica quarta. Cap. XI.

QVarta horarum canonicarum dici cœpit Sexta, quoniā in eius statuto ab Ecclesia officio persolui solean Deo Opt. gratiarum actiones & laudes in recordationē eorum quæ ille in nostram salutē sub idem tēpus effecit. Id vero tēporis nonnihil inter cætera mysterij continere satis
Actor. 10. apertò subindicat diuus Petrus, qui circiter horam sextam ad deum orare solitus erat. Dubio procul inibi memoriam eorum ecclesia habuit eorum, quæ sunt à domino, sub eam horam mirabili-
Acto. 10 ter & salutariter gesta. Sexta quidem hora est, qua idem Apostolus orationi intentus, visionem habuit de populo gētium in vnū Ecclesiæ sinum per fidem congregādo, quum vidit linteum descendens de cœlo plenum quadrupedibus, volatilibus, & reptilibus. Sexta quoq; hora est, qua dominus noster, volens ostēdere
Johan. 4. nostræ salutis desiderium, quo flagrabat, à muliere Samaritana aquam petiuit, & illi suæ salutaris doctrinæ (& per illam Samaritanis omnibus) fluenta communicauit sui cognitionem, quod esset vere saluator mundi, ipsis elargiens, atq; sub illorum typo, se in sexta ætate toti mundo per susceptam carnis dispensationē benignius manifestans, saluatoremq; declarans. Adde præ-

terea

terea, dominum Iesum eximia in nos charitate, pro nostra re- Matt. 27
demptione sub tempus sextæ horæ cruci esse adfixum. Cuius Luc. 23.
memoria cum suis Psalmis hora sexta ab Ecclesia recolit, quæ in Johan. 19
hunc, qui sequit, modum acta est Euangelistis describentibus.

¶Quid actũ sit circiter sextam diei horã. Ca. XII.

Erat autem parasceue paschę, hora quasi sexta. Et dicit Iudæis: Ecce rex vester. Illi autem clamabant: Tolle, tolle, crucifige eum. Dicit ei Pilatus: Regẽ vestrũ crucifigam? Responderũt pontifices: Non habemus regẽ nisi Cæsarem.⌋ ¶O infelicissimi Iudæi, quid dicitis, quid facitis? Abnuitis dei regnum, vosq́ traditis Rhomanorum regno. Ipsiq́ vos à libertate regni Christi excludẽtes, iugum diaboli sumitis, vosq́ perpetuæ seruituti subiicitis, dicentes: Non habemus regem & cætera. ¶Nimirum gerentes personam eorum prælatorum, & pontificum, qui dimittentes suas Ecclesias, ingerunt se nego- 2. Timo. 2
tiis temporalibus, principatus vel regni contra Christi & eius
Apostoli statutum.

¶L. Et accusabant eum summi sacerdotes in multis. Et cum accusaretur à principibus sacerdotum, senioribus, nihil respondit. Pilatus aũt rursum interrogauit eũ, dicẽs: Non respondes quicq̃? Vides in quantis te accusant. Non audis quanta aduersum te dicunt testimonia. Et non respondit ei ad vllum verbũ, ita vt miraretur Pilatus.⌋ ¶Primo, quia responsione indigna erant & manifeste falsa & friuola, ideoq́ ab Euangelistis scribẽdo pręterita.
¶Secundo, vt sic impleret, quod iam olim dixerat in Prophea: Psalm. 37
Ego tanq̃ surdus non audiebã, & sicut mutus non aperiẽs os suũ.
Et factus sum sicut hõ nõ audiẽs, & non hñs in ore suo redargutiões. Et quare? Quia (inquit) q in quirebãt mala mihi locuti sunt
vanitates. Id quod & alius Propheta futuꝝ prædixit in hęc ver- Esaie. 53
ba: Sicut ouis ad occisionẽ ducet, & quasi agnus corã tondente se obmutescet, & non aperiet os suũ. ¶Docemur aũt hic vt sinamus maloꝝ contra nos obloquia, & nugamenta præterfluere, feramusq́ ea nomine Christi patienter.

¶L. Sedẽte autem illo pro tribunali, misit ad eum vxor eius, dicens: Nihil tibi & iusto illi. Multa enim passa sum hodie per visum propter eum.⌋ ¶Et hæc forte passa est à diabolo, qui putauit se sic per mulierem impediturum salutem humanam, veluti Gene. 3
per mulierem illam olim homini abstulisset.

¶L. Et quũ

¶L. Et quũ ascendisset turba, cœpit cogare sicut semper faciebat. Principes aũt sacerdotũ & seniores persuaserũt & concitauerũt turbã, vt peterent Barrabam, Iesum vero perderent. Respondens aũt præses, ait illis: Quẽ vultis vobis dimitti? At illi dixerunt: Barrabam. Dicit illis Pilatus: Quid ergo faciam de Iesu, qui dicitur Christus? Dicont omnes: Crucifigatur. Ait illis præses Quid enĩ mali fecit? At illi magis instabãt, dicentes: Crucifigatur. Instabant magnis vocibus postulantes, vt crucifigeretur, & inualescebant voces eorum.⌋ ¶Quia enĩ totam accusationem, quã aduersus dominũ detulerant, crebra & solicita Pilati interrogatione videbãt euacuatam, tandẽ impudici ad solas se preces conuertũt, vt quod criminando, & quasi rationando nequiuerant, iam postulando, & vociferando perficiant.

¶L. Videns autẽ præses, quod nihil proficeret, sed magis tumultus fieret, accepta aqua, lauit manus coram populo, dicens: Innocens ego sum à sanguine huius iusti, vos videritis. Et respondens vniuersus populus, dixit: Sanguis eius super nos & super filios nostros.⌋ ¶En quanta Iudæorũ insania, qui etiã maledictionem ad filios trahunt, quæ vsq; adeo fuit efficax, vt perseueret vsq; in præsentẽ diem super Iudæos, à quibus sanguis domini nõ aufertur. Quanq̃ deus misericors eorũ sentẽtiam in eorũ
Act. 9. 1. filios non confirmauit, vtpote qui Paulum & alios complures
1. Timo. 2 suscepit, qui pœnitentiam egerunt, suscepturus adhuc, qui pœni-
Ezech. 18 tent, quoniã vult vt omnes homines salui fiant, non desiderans mortem peccatorum, sed vt conuersi viuant.

¶L. Tunc Pilatus volens populo satisfacere, adiudicauit fieri petitionẽ eorũ. Dimisit aũt illis eũ, qui propter seditionẽ missus fuit in carcere Barrabã, quẽ petebãt, Iesum vero flagellis cæsum tradidit voluntati eorũ, vt crucifigeret.⌋ ¶O Pilate qd agis, qui cõtra naturæ, rationisq; legẽ damnas eũ, in quo post omniũ patriarcharũ & prophetarũ testimonia, tuo etiã & Iudæ & vxoris tuæ nihil mali est, vtpote qui vel nuper turba testãte, omnia
Marc. 7 benefecit: nimirũ ob innocentiã agno passim cõparatus, qui nec
L. 2 ff. de (vt iuxta. L L. fieri oportuit) aliquid mali sponte cõfessus est, ne
cest. L. 16 q; testibus legitime cõuictus. ¶Insup quur iudicas secũdũ hu-
si quis vitro ff de qst. c. manos adfectus, nimirũ timore & fauore permotus quũ ex. L L.
nemo. de reg. iuris. & secundum. L L. allegata deberes iudicare? Præterea quid vel
L. Illicitas timeas vel faues, quum in te situm fuerit, Christum, sanguinem in-

nocẽ-

nocentem, dimittere vel crucifigere? quandoquidem teipsum peccato obnoxium reddidisti, paulo supra dicens ad Christum Mihi non loqueris? Nescis, quia potestatem habeo crucifigere te, & potestatem habeo dimittere te? En tua sententia damnaris? Si in tua est potestate, quare non absoluis, sed damnas eū, in quo nullam causam inuenis? Nec est, quod manus lauas, qui cor à tanto crimine non lauas per aquam baptismi & pœnitentiæ. ran.§ veri tan. ff. de off. præf.

¶O falsissima, ô iniquissima, ô horribilissima sentētia, qua sanguis innocentissimus morti turpissimæ addicitur? Quis tam inhumanus qui non exhorrescat? quis non condoleat? Quis hodie suffecerit dicere vel cogitare quanto gemitu, quāto dolore, quāto eiulatu fleuerit & clamauerit virgo mater Maria dilectissima, cum omnibus apostolis & dilectis Iesu Christi personis, vbi audijt Christum filium charissimum, magistrum & dominum dulcissimum hac horrenda sententia ignominiosissimæ mortis sic adiudicatum, vt nulla foret spes redimendi ipsum. Compatiemini proinde fratres charissimi, compatiemini Christo dilectis ac præcipue Christo Iesu tam iniquam pro nobis sententiam patienti, pro nobis, inquam, tantopere ingratis & toties propria voluntate in peccatum recidiuantibus, qui merito hodie lachrymis ad eum profusis dicemus. O domine Iesu qui sententiam condemnationis ad mortem, mortem autem crucis, innocenter subire voluisti, fac nos iustam mortis sententiam siue in anima siue in corpore non metere, & tui amore iniqua hominum iudicia non timere.

¶L Tunc milites suscipientes Iesum in prætorio, & post quā illuserunt ei, exuerunt eum purpura chlamyde coccinea, & induerunt vestimentis suis, & eduxerunt eum. ⅃ ¶Nimirum vt ex proprijs vestibus magis cognosceretur & à leuissimis quibusq; nebulonibus ignominiosius derideretur, vt factum est illi, quum educeretur, eo ipso ad patrem quærula voce per prophetam dicente: Et posui vestimentum meum cilicium, & factus sum illis in parabolam. Aduersus me loquebantur, qui sedebant in porta & in me psallebant, qui bibebant vinum. Discamus hic, vt patienter feramus aliorum in nos derisiones & subsannationes, nihil mali regerentes. Psal. 68.

¶L Et baiulans sibi crucem, exiuit in eum, qui dicitur Caluariæ, locum, Hebraicè Golgatha, vt crucifigeretur. L

E ¶Locus

¶Locus Caluariæ erat, in quo decapitabant fures, latrones, atq; inibi passim capita calua iacebant. Nec desunt, qui dicũt eo in loco fuisse sepultũ Adamũ, vt vbi mors regnasset, ibi trophæ-
Psalm. 23 us contra mortẽ per Iesum statueretur. At vide q̃ ignominiose tractatur rex gloriæ & dñs omniũ virtutũ, coactus suã crucem portare proprijs humeris ad locum pœnæ. Porrò sic oportuit impleri figurã, quæ præmissa in Isaac est cõpleta p veritatem in
Gene. 22. Christo. Nam ipse quoq; Isaac portauit ligna ad locũ supplicij,
Roma. 12 quibus debebat deo patri p incẽsum offerri. Ita & nos ferre de-
Ephe. 5 bemus crucẽ nostram cũ Christo in holocaustum viuens & pla
Psalm. 4. citum deo. ¶L Et cum ducerent eũ, apprehenderũt hominem Cyrenensem noĩe Simonem, venientem de villa, patrẽ Alexãdri & Ruffi, hunc angariauerũt, vt tolleret crucẽ eius, & imposuerũt illi crucem portare post Iesum.⌋ ¶Non vtiq; ex compassione verum, vt Christus acitius crucifigeretur, vel vt solũ homo videretur, quia onere crucis vsq; adeo esset fatigatus.

¶L Sequebatur illũ multa turba populi & mulierũ, quæ plangebant & lamentabãtur eum. Conuersus aũt ad illas Iesus dixit: Filiæ Hierusalẽ, nolite flere sup me, sed sup vos ipsas flete, & sup filios vestros. Quoniã ecce veniẽt dies, in qbus dicẽt: Beatæ steriles & ventres, qui non genuerũt, & vbera, quæ non lactauerũt. Tũc incipient dicere montibus, cadite sup nos, & collibus operite nos.⌋ ¶Non prohibet hic cõpassionẽ, sed p̃dicit aliã causam luctus, q supuẽtura erat anno post Christi passionẽ XLII.
Luc. 19 per Rhomanos Imp. de quo in Luca dña meminit, nec Iosephus
Josephus lib 6. 7. cum alijs tacuit. ¶Cæterũ hic omnino meminisse oportet ineffabilis miseriæ in fine mundi venturæ, quam p̃figurauit clades illa Hierosolymitana, vtpote quæ futura sit tanta, vt de ea longe rectius dici possint hæc Christi verba quàm ad Hierosolymitanum excidiũ. Adueniente eñ ad iudiciũ Christo, reprobi dicẽt.
Esaiæ. 2. O montes cadite, &c. vt alias scriptura nõ obscure subindicat.
Osee. 10. Nec immerito. ¶L Quia si in viridi ligno hęc faciunt, in arido
Apoca. 16 Mat. 24. Marc. 13. quid fiet?⌋ ¶Viride lignũ hic appellat Christus, qm̃ semp fructificans, aridum vero lignum est populus Iudaicus & p̃ctõres nimirũ sterilis. Et est sensus. Si ego qui peccatũ nõ feci & fructuosus sum sine igne passionis non exeo de hoc mũdo, quæ tormenta manent peccatorem & impium, fructibus vacuum? Atq; reuera, domine, domine Iesu, si tu non exijsti hinc sine flagello, qui

huc

huc sine peccato venisti, quomodo flagellis digni non sunt, qui huc cum peccato venerunt? Eheu quid passuri sunt illi, quos reprobas, si tanta passi sunt, quos amas? Si enim omnes, qui volunt pie viuere in Christo, persequutionem patiuntur, quis finis eorum qui non credunt dei Euangelio & impie viuunt? 2. Tim. 3. 1. Petri. 4.

¶⌊Ducebantur etiam cum eo duo nequam, vt interficerentur. Et venerunt in locum qui dicitur Golgatha, quod est locus Caluariæ, & dederunt ei vinum mirratũ bibere cũ felle mixtum, & cum gustasset noluit bibere.⌋

¶Et cœpit tunc impleri, quod antea dudum Christus sibi futurum prædixit per prophetam in hęc verba. Et dederunt in escam meam fel, & cætera. Psal. 68.

¶⌊Ibi crucifixerũt eum & cum eo duos latrones, hinc & hinc vnum à dexteris, alium à sinistris, medium autem Iesum. Et impleta est scriptura, quæ dicit: Et cũ iniquis reputatus est.⌋ Esaiæ. 53

¶Quamuis autem hoc ipsum illi fecerint ad ignominiam, vt sic ab omnibus reputaretur scelerum princeps non tamen certę defuerunt causæ, ob quas idem est factum, quarum est. Esaiæ. 53

¶Prima, vt sic impleretur scriptura.

¶Secunda, vt sic haberetur, qui esset inter deum & peccatorem mediator. ¶Tertia, vt sic ostenderetur iudex in extremo iudicio super viuos & mortuos, locaturus agnos à dextris, & hœdos à sinistris. Siquidem iudicis sit, vt medius sedeat. 1. Timo. 3 Mat. 25.

¶⌊Iesus autem dicebat, Pater dimitte illis. Non enim sciunt quid faciunt.⌋

¶Atque sic impleta est scriptura, dicens: Et ipse peccata multorum tulit. Et pro transgressoribus orauit, ac simul seruauit, quod aliàs docuit, dicens: Orate pro persequentibus & calumniantibus vos. Nescierunt autem Iudæi, idest, scire nec voluerunt nec potuerunt: nimirum detestando contra Christum odio obcæcati & indurati. Veluti aliàs eo modo loquendi Christus post prophetam vsus est. Esaiæ. 53 Matt. 5. Luc. 6. Matt. 13. Luc. 8.

¶⌊Scripsit autem & titulum Pilatus, & posuit super crucem, super caput eius, causam ipsius scriptam. Erat autem scriptum. Hic est Iesus Nazarenus rex Iudæorum. Hunc ergo titulum multi Iudæorum legerunt, quia prope ciuitatem erat locus vbi crucifixus est Iesus. Et erat scriptum, Hebraice Græcè & latinè. Dicebant ergo Pilato pontifices Iudæorum. Noli scribere, Rex Iu

dæorũ, sed quia ipse dixit: Rex sum Iudæorum. Respondit Pilatus: Quod scripsi, scripsi.

¶Quasi diceret: Meũ nõ est mutare, quod coactus scripsi: Vere sic Pilatus compulsus, s. à diuina vi in corde nesciẽtis latente,
Matth. 1. quæ noluit veritatẽ deniq; suppressum iri. Siquidẽ in rei veritate
Iohan. 3 Christus erat Iesus, id est, saluator qui per crucẽ laturus erat omni
Esa. 11 bus salutem. Nazarenus erat cum à patria Nazareth, tum quia
Exo. 12. flos ex radice Iesse & floridus ob innocentiã, quia agnus sine ma-
Roma. 9. cula. Rex quoq; Iudæorũ erat, quia confitentiũ omniũ, qui vere appellant à Paulo Iudæi. ¶Atq; ideo triumphalis ille titulus
Apoca. 19 tribus conscriptus est linguis, vt sic intelligeret esse rex regum,
Philip. 2 populorũ omniũ linguarũ, quarũ tres sunt præcipuæ. atq; sic omnis lingua confiteret, quia dñs Iesus pro populo omnis linguæ pateretur, quiq; esset in gloria dei patris. Et hoc est, quod Pilatus ait: Quod scripsi, scripsi, id est, Quoniã verũ est quod scripsi, proinde non mutabo. Non corrumpo veritatẽ, & si vos falsitatẽ mauulis. Quandoquidẽ alteratio verbi, confirmatio est tituli & regni. Immobilitas tituli, immobile regnum Christi significat.

¶Est autem hic titulus maxime triumphalis & contra inimicos pessimos quosque victoriosos.

¶⌊Milites ergo cum crucifixissent eũ, acceperũt vestimenta eius, & fecerunt quatuor partes, vnicuiq; militi partẽ & tunicã. Erat aũt tunica inconsutilis, desuper contexta per totũ. Dixerũt ergo ad inuicem: Nõ scindamus eam, sed sortiamur de illa cuius
Psalm. 21. sit, vt scriptura impleret, dicens: Partiti sunt vestimenta mea, & super vestẽ meam miserũt sortẽ. Et milites quidẽ hæc fecerunt, & sedentes seruabant eum.⌋ ¶Erat aũt tunica inconsutilis ad modũ chirothecarũ à virgine Maria (vt volunt) proprijs manibus contexta, cũ Iesu crescẽte solita succrescere. Siquidẽ genus vestiũ, quod in Palæstina pauperes ob vtilitatẽ ferre consuerunt, fuerit. Per ipsam vero significat vnitas ecclesiæ catholicæ, partes mundi quatuor vinculo charitatis in vnũ omnes colligens, quã nemo sub anathemate scindere debet schismate, quũ & vnicum
Ephe. 4 eius sit caput Christus Iesus, cui propterea non vt Iohãnis Bapti
Matt. 14 stæ caput amputatur, nec ipse velut Esaias in partes secatur, sed
Mar. 6 eius corpus integrum seruatur, ne futura sit occasio volentibus ecclesiam diuidere.

¶⌊Et prætereũtes blasphemabãt eũ, mouẽtes capita sua dicẽtes

Vah

 35

Vah qui destruis templum dei, & in triduo illud reædificas, saluũ
fac temetipsũ. Si filius dei es, descende de cruce. Similiter & prin
cipes sacerdotũ illudentes ad alterutrũ cũ scribis & pharisæis, di-
cebant: Alios saluos fecit, seipsũ non potest saluum facere Chri-
stus. Si rex Israel est, descendat nũc de cruce, vt videamus, & cre
damus ei. Confidat in deo, liberet eum nunc si vult. Dixit enim,
quia filius dei sum. Et stabat populus, expectans, & deridebant
eum principes cum eis, dicentes: Alios saluos fecit, se saluũ faciat
Si hic est Christus dei electus. Illudebant autẽ ei & milites, accedẽ
tes, & offerentes acetum ei, & dicentes: Si tu es rex Iudæorũ, sal-
uum te fac. Idipsũ autẽ & latrones, qui crucifixi erant cũ eo, impro
perabant ei, & ei conuiciebant. ¶O insani, o stolidi, o crude-
lissimi simulq; cæci Iudæi, quid aliud agitis, q̃ vt vosipsos conde-
mnetis, qui eũ profitemini saluatorẽ aliorũ, quẽ diu multumq; ta
lem esse negastis. Atq; profecto saluator est, qui alios facit saluos
seipsum paulopost cum maiore gloria & fide facturus saluum. Mat. 28.
Siquidẽ tertia posthac die resurrecturus est à morte, atq; tũc mẽ Marc 16
tiet sibi iniquitas. ¶Nónne plus est (quod ille faciet) mortuũ de Lucæ. 24.
sepulchro viuentẽ surgere, q̃ de cruce viuentẽ descẽdere? Nóné
plus est, mortẽ resurgendo destruere, q̃ vitam descendendo cõ-
seruare? Quid eum iubetis à crucifixione descẽdere, q vt pro no
bis crucifigeret, aduenerat? Quid o insensati Iudæi prouocatis eũ
ad descendendum de cruce, quasi si aut vellet, aut proficeret, de-
scendere haud posset? Non descẽdet de parui ligni stipite q de- Johan. 3.
scendit de cœlorũ altitudine? Nunquid vestra vincula possent te Ephes. 4
nere eum, quẽ cœli non possunt capere, qui sua maiestate cœlũ Hiere. 23.
complet ac terrã? Quid dicitis, si rex est, & filius dei electus de
cruce descendet? Siquidẽ filius dei est, impleat dei patris obediẽ Jonæ. 4.
tiam, demonstretq; patiẽtiam suam qui voluntate oblatus est. Si
rex est, sceptrum crucis non dimittat. Si rex Israel est, nec hosti- Esa. 13
bus Israel cedat, nec barulum, quo pugnat pro Israel. abijciat.

¶Non est igit fratres charissimi, vt ideo Christum dñm nostri
omniũ negligamus, quo se tum sic passus est impune subsannari
Quandoquidem descẽdere potuerit, qui vnico verbo pauloante
oẽs ad terram sic prostrauit, vt nequiuerint nisi Christo volẽ-
te surgere. ¶Insup nec voluit passione nondũ consummata de-
scẽdere. ¶Primo ne sic redemptionẽ nostram impediret. Id
q̃d diabolus hoc pacto per clamores subsannatorios procurare

voluit. ¶Secũdo ne faceret contra scripturã, quæ & hac in parte complenda dixerat. Omnes videntes me, deriserunt me, locuti sunt labijs, & mouerunt caput. Sperauit in domino, eripiat eum, saluum faciat eũ, quia vult eum. ¶Tertio, vt sic nos doceret, ne prouocati, vel à diabolo, vel mundo, vel carne descendamus ab incepto boni operis, verum simus constantes, memores, eum fieri saluum, qui perseuerat.

Psal. 68

Matt. 10.

¶L Vnus autem de ijs, qui pependebant latronibus blasphemabat eum, dicens: Si tu es Christus, saluum fac te ipsum & nos. Respondens autem alter increpabat eum, dicens: Neq; tu times deum, qui in eadem damnatione es, & nos quidem iuste. Nã digna factis recipimus. Hic vero nihil mali gessit. Et dicebat ad Iesum. Domine, memento mei, dum veneris in regnũ tuũ. Et dixit illi Iesus: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. J

¶Audi ò peccator inueterate clementiã & Iesu Christi ineffabilem pietatẽ & veritatẽ, q hodie facto palam ostẽdit, qđ p prophetam dixit: Nolo mortẽ peccatoris, sed vt viuat & conuertatur. Si impius egerit pœnitentiã, vita viuet, & non morietur. Ipse quidem hodie eum gratiose suscipit & paradisum ei simul dat & promittit, de cuius nisi vltima penes mortẽ pœnitẽtia legimus.

Ezech. 18

¶Argumento, ne quis vel q̃libet inueteratus peccator desperet de misericordia dei, modo facere & habere possit, quæ latro dexter hodie habuit, vtpote fidẽ, spem & charitatẽ, quibus omnis constat eademq; vera pœnitẽtia, quã hodiernus latro abunde habuit. ¶Fides vtiq; eius admirabilis fuit, quod ipse nec nimore Iudæorũ astantiũ, nec proprij doloris acerbitate, nec socij sui blasphematione, nec carnis Christi apparẽte infirmitate, nec apostolorũ fuga & negatione retractus est à veritatis & fidei cõfessione, qua cõfessus est Christũ esse deũ & dominũ & regnũ, q posset dare solus cœleste regnũ, dicẽs: Memẽto mei, &c.

1. Cor. 13.

¶Spes q̃q; illius fuit magna, qñ vtcũq; max. pctõr de misericordia dei nõ desperauit, cõfidẽter regni dei aditũ & cõsortium postulãs. ¶Charitas q̃q; illius erga Chrm max. qñ plus affligi videbatur ex Christi q̃ sua passione, magisq; planxerit Christi q̃ suũ suppliciũ, illi ex charitate offerẽs cor & linguã, qñ aliorum nihil haberet liberũ: In q̃ verũ eẽ cœpit apli dictũ. Corde creditur ad iustitiã, ore fit cõfessio ad salutem. Insup idem ex charitate arguit collateralem, dicens: Tu neq; times deũ, &c.

Roma. 10

¶L Stabat

¶[Stabat autem iuxta crucem Iesu mater eius, & soror ma-
tris eius, Maria Cleophe, & Maria Magdalene.]
¶Stabat, inquã, Maria Iesu mater iuxta crucẽ cõstãs moerore
& dolore plena, stans iuxta crucẽ corpe, sed in cruce tota migra
uerat mente. Eheu quis enarrare sufficerit, quanti doloris gladi
us hodie pertrãsiit ipsius animã? Vtiq; eius dolor tãtus fuit quã- Luc. 2
tus forte sentiri potest non etiam narrari. Quæ procul dubio iu
xta figurã in Tobia præ nimia in filiũ charitate fleuit irremedia-
bilibus lachrymis, dicens: Heu me fili, vt quid te misi peregrina- Tobiæ 5
ri lumen oculorum meorum, baculum senectutis meæ, solatium
vitæ meæ? Quid ni? quum ille esset hinc filius vnigenitus, deus &
homo, speciosus præ filiis hominum, subditus ad omnia, in quo Psal 44
vnica ipsius salus, spes & lætitia, innocentissimus, quem tñ plus Luc. 2
vidit quàm indigne tractari & pati, nudum in cruce pendẽtem,
ab omnibus plane derelictũ, cui nec ipsa potuit auxiliari. O do-
lor dolorum. ¶Compatiantur ideoque præ cæteris mulieres
quæq; Mariæ matri misericordiæ, vt & ipse consequãtur mise-
ricordiam apud dominum misericordiæ. Addiscant quoq; hac
parte, ne filios suos maxime in aduersis derelinquant, sed in eo-
rum cruce stent immobiles, quoniam eadem sit vtrique salus &
commune periculum.

¶[Cum vidisset ergo Iesus matrem, & discipulũ stantẽ, quẽ
diligebat, dicit matri suæ, Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit
discipulo. Ecce mater tua, & ex illa hora accepit eã discipulus in
suã.] ¶Nõ immemor est Christus in sua etiamnũ amarissima
passione matris suę dilectæ, nimirũ nõ ingratus ei, quæ ipsum fi-
delissima mater nunq̃ deseruit, nõ in infantia, nõ in adolescẽtia,
nõ in iuuẽtute, nõ in passione, quæ lactantẽ pariit & lactauit, pdi
cantem audiuit & reliqua, quæ matris sunt fidelis, diligẽter in eo
exequuta est. ¶Documento, ne filii sint ingrati parentibus
pro innumeris beneficiis, quæ ab iis receperunt, ne obliuiscan-
tur eorũ, vel in fine vitæ, præsertim quod ipse dominus alibi ver- Matt. 15
bo, hic facto parentes docuerit honorandos a filiis.

¶At o pientissima mater Maria quis hodie satis queat cõsidera
re dolorem tuũ, angustiam tuam, quæ desolata nihil vidisti spei
superesse de filio tuo, quin in acerbissima passione & ignominio
sissima morte sit moriturus, permutationem prorsus dissimilem
recipiẽs. Quàm enĩ miserabilis cõmutatio, qua recipis creaturã

pro

pro creatore, hominẽ pro deo, nepotẽ pro filio cõsobrinũ, piscatorẽ pro summo doctore, discipulũ pro magistro, militẽ pro rege, seruũ pro dño, omnipotentem pro deficiente. Quid multis? Nutrix hodie dimittis alumnũ, mater filiũ, ancilla dñm, ac vna
Luc. 2 die orbaris patre & filio. En vere tuam animã transit gladius in hoc tãto dolore, propter quẽ leniendũ dñs te mulierẽ vocat nõ matrẽ, ne audito noie materno viscera materna rumpantur.

¶[A sexta aũt hora tenebræ factæ sunt sup terrã vniuersam
Mala. 4 vsq; ad horã nonã, & obscuratus est sol.] ¶Nimirũ se tenebris obscurans sol, mũdi lumen factori suo cõpatiens & soli iustitiæ, nõ potens intueri pendentẽ dñm, ac mortis eius vilitatẽ & acerbitatẽ, nec valẽs creatura videre iniuriã creatoris. De natura vero huius eclypsis in nostris Homilijs plura diximus.

¶Et hactenus de ijs quæ ab hora tertia vsq; ad sextã & nonã ab Euangelistis cũ dño Iesu acta perhibent, & quidem de dura Iesu Christi crucifixione, de cuius tẽpore Euangelistæ quodã modo variare videntur, vtpote quã Marcus tertia, cæteri vero sexta hora velint factã. Id quod sane puto accipiendũ, ac nihil erit inter eos dissidij. Quandoquidẽ dñs hora tertia linguis Iudæorũ, sexta vero militũ manibus sit crucifixus. Quoniã Iudæi facinus interfecti Christi à se in Rhomanos, i. in Pilatum & eius milites transferre conati sunt, propterea Marcus hora, qua Chrũs à militibus crucifixus est, quæ ag[i] sexta iã cœperat ꝑtermissa, tertiã potius horã recordatus expssit. Qua quidẽ hora intelligunt clamare potuisse, crucifige, crucifige, vt non mõ milites, q eũ ligno sexta hora suspenderũt, Iesum crucifixisse reperiant, veʒetiã Iudæi, qui vt crucifigeret hora tertia clamauere. ¶Atq; nimirũ ita apparitores potestatis hora sexta crucifixerũt, præuaricatores legis hora tertia clamauerũt. Ita sane quod illi manibus hora sexta, hoc isti lingua hora tertia, rei magis isti, q clamãdo sæuiebant, q̃ illi, q obtẽperando administrabãt. Insup, haud desunt qui affirment dñm hora tertia cõdemnatũ, & in hora tertia eius cœptã esse crucifixionẽ, & eis in crucifixione occupatis fluxisse tẽpus vsq; ad sextã, & hora sexta cõsummatã esse crucifixionẽ. Ac ita verũ dici de hora tertia de crucifixionis principio, q̃d vero dicat de sexta, intelligi de crucifixionis cõsummatione. Equidẽ interea secundũ alios haud dubitauerim dicere, inibi meditullũ posse esse horarũ, & horã mediã inter sextã & tertiã, atque
sic

sic medium ab vtroq; extremorum denominari, & propterea ab Euangeliographis quandoq; dici tertiam, quandoq; sextam, argumentoq; huius ecclesiam plerunq; semper inter tertiam & sextam celebrare missas solennes in memoriam passionis dominicæ consuesse.

¶De hora canonica quinta. Cap. XIII.

Quinta horarũ canonicarũ vel ideo nona dici cœpit, quoniam ipsius officiũ, vt plurimũ, ea hora cõcelebrari consueuit in laudẽ & gratiarũ actionis eorũ quæ sub id tẽpus in nostrã salutẽ acta memorant. Hora quidẽ nona dñs Iesus in cruce pro nobis mirabili clamore obijsse, eius latus lancea perforatũ fuisse, terrã cõtremuisse & sol se obscurasse tradit, ac deinde (vt fides habet catholica) dñm hora nona descendisse ad inferna, vt sanctos inde patres liberaret, & de huius mundi principe triumphasse adfirmant. In cuius argumentum sub horam nonam discipuli domini ad orationem conuenire soliti sunt, quemadmodum acta apostolica de Petro & Iohanne ad templum hora orationis nona ascendentibus euidenter commonstrant, haud dubie in præcipuam memoriã amarissimæ mortis domini, quã dominus illa hora pro nobis sustinuit, in hũc, qui subsequitur, modum. Iohan. 19 Matt. 27 Actorũ 3.

¶Quid actũ sit circiter horã diei nonã. Cap. XIIII.

Et circa horam nonã clamauit Iesus voce magna, Eloi, Eloi, Lamasabachthani, hoc est, deus meus, deus meus, vt quid dereliquisti me? ¶Id est, O pater, qd me tã immanibus & intolerabilibus exposuisti doloribus & pœnis, ac si me dereliqueris. Siquidẽ ĳs verbis dñs noster magnitudinẽ suæ pœnæ ostẽderit. Qui sic grauiter doleret ac si nõ dei filius, sed inimicus esset, & perinde à diuinitate derelictus, vnde nec refrigeriũ nec iuuamen reciperet. Non aũt intellige, q diuinitas humanitatem deseruerit, vel q alterutra ab altera fuerit vnquam separata, sed quoniam hoc dixerit humanitas, quæ videbatur præ nimia passione derelicta à diuinitate, quæ illi nihil opis tulerit, interim humanitati vnita & impassibilis manens, vt sol in ligno, quod scinditur, superlucente. ¶Vnde conĳcimus Christi passionem fuisse omnium longe maximam. Quanquam enim multi sanctorum multa passi sint & quidem durissima, deus tamen omnibus aliquid consolationis & refrigerĳ ministrauit,

Christum vero solum prorsus dolori subiecit, vt doleret quantu dolere posset, hoc nostra exigente redemptione.

¶L Quidam aūt illic stantes & audientes dicebant. Heliam vocat iste. Cæteri vero dicebant, sine, videamus si venit Helias liberana eum ad deponendum eū. ⌋ ¶In hæc verba Iesu illudebāt partim Romani milites inscij Hebraicæ linguæ, putantes ob vicinitatē vocis. Eloi sonare & esse Heliam, partim Iudæi, dominū imbecillitatis infamantes, quod auxiliū desparetur ab Helia: qui etiamnum propter populi tumultum dnmini verbum non satis intellexerunt, vtcūq; sit. Constat ipsos insatiabiles odio Christum his verbis subsannasse, alienissimi ab omni misericordia.

¶L Postea sciens Iesus, quia omnia consumata sunt, vt cōsumaretur scriptura, dicit. Sitio: Vas autem erat positum aceto plenū & continuo vnus ex eis acceptā spongiā impleuit aceto, hyssopo circumponens, imposuit arundini, obtulit ori eius, & dabat ei bibere, & cum gustasset noluit bibere. ⌋

Lucę. 24. ¶Qm̄ in testimoniū diuinitatis & humanitatis in Chr̄o consumenda erāt omnia, quæ de ipso scriptura prædixerat, voluit &

Psal. 68. idem implere quod illa p prophetam ait: Et in siti mea potauerūt me aceto. Ideoq; inquit: Sitio. Et quid obsecro sitit dominus

Psalm. 3? noster dulcissimus, quum ipse sit fons vitæ? ¶O verbū maxime cōsolatorium nobis omnibus, simulq; dolore plenū. Siqdem more paulopost morientiū sitire potuerit valde, quum propter nimiū laborem & sanguinis emanationē, præq; nimio tormento totus fuerit intus & desiccatus & arefactus & adust⁹, vnde sequitur inæstimabilis sitis, vt in ægrotantibus ad mortē animaduertitur. ¶Ipse tñ dn̄s maxime sitiuit redemptionem hominis & gaudium humanæ salutis, plus nostri quàm sui in cruce so-

1. Timo. 2 licitus, qui vult nos omnes saluos fieri propter quos & passus & mortuus ē. Cuius sitis nō fuit vini de vite, nec aquæ de flumine, sed plane nostra salus, nostraq; redemptio. Qui & hoc quidem verbo docet nos, vt summopere desideremus salutem nostram & vitam æternam, ita vt ex animo dicamus ad dominum cum

Psalm. 41 propheta. Quemadmodū desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te deus.

¶L Cum ergo accepisset Iesus acetū, dixit. Consumatū est. ⌋

¶Quod facere cōsueuit bonus medicus, hoc ipsum Chr̄s medicorū princeps fecit. Expertus quidē medicus. ¶Primo pro

infir-

infirmo dispensat dietã. ¶Secũdo sudorẽ procurat. ¶Tertio vbi prædicta non sufficiunt, indicit minutionẽ pro humorũ correctione. ¶Quarto ministrat potionẽ pro malæ materiæ euacuatione. ¶Ita nimirũ Christus, vt nos à morbo peccati & mortis saluaret, pro nobis infirmis. ¶Primo, quadraginta diebus ieiunauit. ¶Secundo sudorẽ sanguineũ exalauit. ¶Tertio per totũ corpus sanguinem suum, sine numero & mensura fudit, adeò vt exiccatus plane fuerit intus. ¶Quarto prædictis antidotis haud contentus potionẽ amarissimã suppressit, dicens: Consumatũ est. Q. d. ô pater, quicquid pro salute hominis mihi ferendũ est & scriptura vt ferã, prædixit, id totũ nunc consumatum est, passionẽ concernens. ¶Quo sanè verbo (quod tradũt summæ esse efficaciæ) docet nos Christus, vt bonũ, quod cœpimus, consumemus, siquidẽ præmiũ non sit in inchoatione, sed in consumatione, nec detur denarius incipientibus; sed finiẽtibus, nec corona currẽtibus, sed puenientibus. Atq; ô nimiũ felix, qui circa mortẽ suã dicere poterit, cõsumatũ est, cũ Christo, qui est Alpha & ω, & sermonũ cõsumatio, hodie dicẽs: Consumatũ est. 1. Cor. 9. Apoca. 2.

¶[Iesus autem iterum clamans voce magna ait: Pater in manus tuas commendo spiritum meum, & hæc dicens, inclinato capite expirauit & tradidit spiritum.]

¶Quibus sanè verbis apto suã declarauit diuinitatẽ, cũ quod propria virtute non coactus tradiderit spiritũ suũ, tum quia clamauerit, quod alij morientes nequeunt, vtpote qui vix spirare vel tenuiter loqui possunt. ¶Fuit igitur vox illa diuinæ virtutis, quæ & terrã tremere fecit, & cœlũ, auditaq; fuit (vt plurimi volunt) apud inferos, cuius & apostolus meminit ad Hebræos. Quod vero dominus iisdẽ verbis ad deũ patrem lachrymando orauit suumq; spiritũ illi commendauit suã declarauit humanitatem, simulq; arguit ineffabilem mortis in agone dolorem, & quid nos in articulo tẽtationis & agone mortis potissimum facere oportet nimirũ vult, vt morituri. ¶Primo nostrũ auxilium in deũ ponamus. ¶Secũdo vt spiritũ nostrũ deo, & eius virtuti cõmẽdemus, atq; hoc: Primo propter virtutis debilitationẽ ex naturæ dissolutiõe prouenientẽ: Secũdo propter maiorẽ importunitatẽ hostis & maligni spũs, q tũ hominẽ maxime psequit, vt q nec à Chr̃o se ausus fuerit abstinere, quũ venit habere in eo partem, quam tamen nullam inuenit. Atq; ideo si homo se Heb. 5. Johan. 14

inclinato capite, humiliter spiritumq; suum deo commēdauerit, securus ab incursu cacodæmonis poterit hunc emigrare, quū nō
Iohan. 15 habeat timere, qui sub dei alaꝝ vmbra protegit. Quod vt nobis omnibus eueniat, superest, vt deo gratias agamus in hæc verba.

¶ O dn̄e Iesu, saluator misericordissime, qui in cruce moriens, animā tuā patri commēdasti, da nobis in hac vita sic tibi spiritualiter cōmori, vt in nouissima hora possimus cū memoria integra fide pura, spe firma & charitate pfecta tibi spūs nr̄os in manus tuas & quidē sic cōmendare, vt abs te nobis dici mereamur dulcissimum verbū. Hodie mecū eris in paradiso. Pater noster.

¶ L. Et ecce velū tēpli scissum est in duas partes à summo vsq; deorsum. Et terra mota est. Et petræ scissæ sunt. Et monumēta aperta sunt. Et multa corpora sanctoꝝ, quæ dormierunt, surrexerunt. Et exeuntes de monumētis post resurrectionē eius venerunt in sanctā ciuitatē, & apparuerunt multis. Centurio autē, & qui cū eo erant custodiētes Iesum, viso terræmotu & his, quæ fiebant, & quod sic clamans expirasset, timuerunt valde, dicentes: Vere filius dei erat iste. Et Centurio glorificabat deum, dicens: Vere hic homo iustus erat. Et omnis turba eoꝝ, quæ simul aderat ad spectaculum istud, & videbant quæ fiebant, percutientes pectora sua reuertebant. .J ¶ Hæc omnia & in suo genere singula contestata sunt Christi Iesu deitatem, eiusq; mortem multo acerbissimam & ignominiosissimam, vnde nacti sumus resurrectionem, vitam & salutē eternam. Siquidem vniuersa ad hunc modū sint compassa dn̄o Iesu creatori suo, cohortātia, vt nos illi
Esa. 53 maximè cōdoleamus & grati simus, vt q nō propter inanimata,
Roma. 4.
1. Petri. 2. sed propter nos sit natus, passus, & mortuus.

¶ L. Stabant autem omnes noti eius, & mulieres multæ à longè quæ sequutæ erant Iesum à Galilæa, ministrātes ei, de longe aspicientes, & hæc videntes. Inter quas erant Maria Magdalene, & Maria Iacobi minoris, & Ioseph mater, & Salome, & mater filiorum Zebedæi, & aliæ multæ, quę simul cum eo ascenderant Hierosolymam. .J ¶ Præsentes vtiq; ad Christi verbum audiendū ad illi ministrandum, ad associandum, ad compatiendum cum Maria matre domini, quæ dubio procul tunc intimi doloris gladio penetrata omnium fuit mestissima, quum sic passum filium deficere, languere, lachrymari, & mori, seq; in mundo derelinqui in tanto dolore & anxietate vidit. Nemo est qui vel ex anima par

ma parte ipsius suspiria, & lamentata suffecturus sit enarrare, nimirum ineloquibilia.

¶[Iudæi ergo quoniam parasceue erat, vt non remanerẽt corpora in cruce sabbato (Erat enim magnus dies ille sabbati) rogauerunt Pilatum, vt frangerentur eorum crura, & tollerentur. Venerunt ergo milites, & primi quidem fregerunt crura & alterius qui crucifixus est cum eo. Ad Iesum autem cum venissent, vt viderunt eum iam mortuũ, non fregerunt eius crura. Sed vnus militũ lancea latus eius aperuit, & cõtinuo exiuit sanguis & aqua.]

¶Hæc om̃ia in mortuũ corpus perpetrarũt contumeliose. Verum contumelia à Iudæis illata in signũ prodijt. Qm̃ de corpore extincto sanguis verus & aqua pura miraculose manauit, vnde suam efficaciã susceperũt Ecclesiæ sacramẽta, & singulariter sacramentum baptismatis. In quo per sanguinem Christi, quo redempti sumus, à peccatis & p aquã à maculis mundamur. Vnde ipse p Prophetam dominus: Effundam (inquit) sup vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamẽtis vris. Atq; propterea in cruce sanguis effusus est ad redemptionem, & aqua ad redempti ablutionem. Ille vt redimeret captiuum, ista vt ablueret inmundum. Apocal. 4.

¶[Et qui vidit, testimoniũ phibuit, & verũ est testimoniũ eius Et ille scit, q̃a dicit vera, vt & vos credatis. Facta sunt eñi hæc, vt scriptura impleret: Os non comminuetis ex eo. Et iterũ alia scriptura dicit: Videbunt in quẽ transfixerunt.] ¶Atq; tum cognoscẽt quãta impietate eũ morti tradiderunt, qui iudicat viuos & mortuos. Tunc deniq; constabit Iudæorũ ineffabilis iniquitas & contumelia, qua dominum adfecerunt, interim præ horrore occulta manens. Exodi. 12. Numeri. 9. Zacha. 12. Apoc. 10. 2. Tim. 4.

¶De canonica hora sexta. Cap. XV.

SExta horarũ canonicarũ dici cœpta est horarũ vesperarũ, siquidem ipsius officium circa declinationẽ diei, & finem celebrari sit institutũ cum laude & grãrum actione eorũ, quæ ob nostram salutẽ à dño facta sunt circa horã vesperarum, quæ ipsas notat post meridiẽ nocti appropinquãs, vtpote dictum à vespere stella, quæ in crepusculo apparere solet, & diei extremitatem nunciare. ¶Sub id vero tẽpus quotidianis laudibus ecclesia catholica concelebrat officium (quod à tempore vesperæ vocari consueuit) in recordationem institutionis sa-

Mat. 26. Marc. 14. Lucæ. 22. 1. Cor. 11. Luc. 24.

sacratissimæ Eucharistiæ, quã dominus vespere facto post manducationẽ agni paschalis typici coram discipulis suis in vltima cœna instituit. ¶ Insup in memoriã eius, quod Christus gessit apud discipulos, euntes Emaus, qbus apparuit post resurrectionẽ in specie & forma peregrini, scripturarum interpretatione eos illuminauit, & demũ in fractiõe panis se illis exhibuit cognoscendũ. ¶ Postremo in memoriã depositionis domini de cruce, circa illã horã à venerabili & pio Ioseph atq; Nicodemo, pmittẽte Pilato, factæ, vbi mortẽ subijt vitæ medicina, & corona gloriæ (proh dolor) iacuit supina in hũc, q sequitur, modũ.

¶ Quid actum sit circa horarum vesperarum.

Caput. XVI.

CVM aũt sero factũ eẽt. Ecce vir quidã nomine Ioseph diues, qui erat nobilis decurio, vir bonus & iustus. Hic non cõsenserat consilio & actibus eoꝝ, ab Arimathia ciuitate iudex, q expectabat & ipse regnũ dei, eo quod esset discipulus Iesu, occultus aũt propter metũ Iudæoꝝ. Hic audacter introiuit ad Pilatũ & petijt, vt tolleret corpus Iesu.

¶ Cõmendatur aũt hic Ioseph magnæ apud seculũ dignitatis sed maioris apud deũ meriti, vt per iustitiã meritoꝝ sepeliendo corpore dominico dignus foret, & per nobilitatẽ potentiæ secularis idem corpus accipere posset. Non eñ quilibet ignotus aut mediocris ad præsidem accedere & crucifixi corpus impetrare poterat, præsertim, quũ. L L. canerẽt Imp. neq̃s sine licẽtia, vel deponeret, vel sepeliret dãnatoꝝ corpora. Veꝝ eas nihil veritus Ioseph, nec inimicitias timens, nec amittere diuitias, fortitudine plenus ex morte Christi corpus ipsi⁹ audacter petijt, & de cruce sumpsit ad sepeliendũ. ¶ Docens, vt & ipsi Christum & eius euangeliũ citra formidinem suscipiamus, nihil timentes huius mundi tyrannos, qui dũtaxat corpus non autem animã per-

Matt. 10

dere possunt, aduersum quos ipse dominus æque nos atque olim Ioseph contra Iudæos tueri vult & potest, modo simus animo forti & deuoto. ¶ L. Pilatus autẽ mirabatur si iam obijsset. Et accersito Centurione interrogauit eum, si iam mortuus esset. Et cũ cognouisset à Cẽturione, donauit corpus, & iussit reddi corpus Ioseph. ¶ Et quidem permisit partim ob petentis reuerẽtiam, quia nobilis, diues & familiaris ipsi Pilato fuerat, partim ob Christi innocentiam ei notam, partim quia plane multa & singu-

singularia viderat miracula in eius morte.

¶[Ioseph autem mercatus syndonem, & deponẽs eum, inuoluit syndone corpus Iesu.]

¶Quæ citra dubiũ significabat innocentiã & lititiosam (vt sic dixerim) castitatẽ dñi, q fuit agnus sine macula & culpa. Hæc vẽro de cruce corporis dominici depositio, quãuis non in contumeliam, sed in honorẽ & reuerentiã fuerit, miseratione tamẽ fuit & lamentatione plena, quoniã corpus tantæ nobilitatis tanq̃ vile cadauer tractaretur. ¶Nec suffecerit quisquam dicere, quam fuerit tũ virgo mater Maria doloribus plena, videns vnigeniti sui demortui corporis vulnera, spinaꝝ puncturas, depilationem capilli & barbæ, faciem ex sputis & sanguine deturpatã, & corpus deniq; totũ sic tormentis excruciatum, vt non esset in eo sanitas à planta pedis vsque ad verticem capitis. Eheu quia illi hodie nõ condoleat, & commisereatur, vt possit & ipse per eã consequi misericordiam? Exodi. 12. Esaiæ. 53 Esaiæ. 1

¶De canonica hora septima. Cap. XVII.

SEptima horaꝝ canonicaꝝ appellari cœpit hora Cõpletorii, q̃d eius officiũ cõcelebrari soleat, quũ paulo post dies ipsa cõpleri incipit nocte prorsus appropinquante, tũ quoq;, q̃d in eo cõpleatur officiũ quotidianæ laudis, deo ab ecclesia psoluendæ, quandoquidem absoluto completorio, nullũ aliud supsit illius diei, pagendũ orationis sacrificiũ.

¶Porro celebratur id officiũ maxime in memoriã sepulturæ domini. Cuius nobile corpus sub eam horam in spem vitæ futuræ reuerenter & deuote cũ aromatibus & syndone munda sepulturæ traditum est. Præterea sub eandem completorij horam dominus noster deuicta morte iam rediuiuus, discipulis in domo ob metum Iudæoꝝ clausis apparuit, & suæ resurrectionis testimonia certissima in ostensione manuũ & lateris, manducatione, locutione, & cæteris argumentis præbuit, dicens: Pax vobis, ego sum. Iam vero demũ videamus de ipsius domini sepultura, quæ sic habuit. Mat. 27. Johan. 20

¶Quid actũ sit circa horã Cõpletorij. Cap. XVIII.

VEnit aũt & Nicodemus, qui venerat ad Iesum nocte primũ ferens mixturã mirrhæ & aloes quasi libras cẽtũ. Acceperũt ergo Iesum, & ligauerũt eũ lintheis cũ aromatibus, sicut mos est Iudæis sepelire.]

¶ Illi em̃ consueuerunt, præsertim venerabiles personas sepe-
Gene. 50 lite more accepto à patribus suis & senioribus, qui sepeliebant
aromatibus corpora defunctorum, vt essent à vermibus & eorũ pu-
tredine aliquandiu immunia. Sed ea conditione nõ indiguit cor
Psalm. 15 pus domini, quod virtute dei nõ debuit nec potuit videre corru-
Actorũ. 2 ptionẽ, vt in sermõis paschatos, deo duce, fusius dicturi sumus.

¶ Erat aũt in loco, vbi crucifixus est, hortus, & in horto mo
numẽtũ nouũ, q̃d erat excisum ex petra, in quo nõdũ quisq̃ posi
tus erat. Ibi ergo propter parasceuen Iudæorum (q̃a iuxta erat mo
numentũ) posuerũt Iesum, & aduoluit saxum magnũ ad ostium
monumenti, & abijt. ¶ Nihil prorsus inibi (vt & in alijs) sine
mysterio singulari gestum credimus. In horto sepelitur mortuus
Gen. 3. vt inde viuus resurgat, deuicturus mortem quæ in horto cœpit.
Et quemadmodũ in vtero virginis Mariæ nemo, nec ante, nec
post cõceptus, ita Christus in eo positus est sepulchro, in quo ne
mo nec ante nec post Christũ iacuit: ne qui eũ eo iaceret surrexis-
se à perfidis diceretur. ¶ Et quidem in sepulchro exciso
de vnica petra, ne alioqui quis dicere potuisset, quod suffossis tu
muli fundamentis è terra furto abstulissent. Atq; sane in alieno
Luce. 2 sepulchro in argumentũ summæ paupertatis Iesu Christi, vt q̃
Matt. 8. nõ in sua, sed aliena domo nasceret, & viuens in hoc mundo nõ
Luc. 9 haberet vbi caput suũ reclinaret, nec moriens vnde nuditatẽ suã
tegeret, nec mortuus vnde inuolueretur, nec locũ vel sepulchrũ
vbi sepeliretur. At rite sepelitur in alieno sepulchro, qui pro alie
Actorũ. 2 na culpa & salute mortuus fuerat, quiq; à morte non erat detinẽ-
dus. ¶ In simplici aũt dñi sepultura, quæ nec aurum, nec gemmã,
nec sericum, sed lintheamen purũ habuit, condemnatur ambi-
cio in sepulturis diuitũ, vt qui nec mortui diuitijs & pompis fa-
stuosis carere volunt, quũ tamen eiusmodi plus q̃ sumptuosæ in
funere pompæ dũtaxat sint viuorum solatia non mortuorum adiuto
ria, quibus potius alendi essent egeni & pauperes.

¶ Et dies erat parasceues & sabbatũ illucescebat. Subsequu
tæ autẽ mulieres, q̃ cũ eo venerant de Galilæa viderũt monumẽ-
tum & quemadmodũ positũ erat corpus eius. ¶ Atq; hoc vel
ideo vt suo tempore idipsum reuertentes vngerent, quod & sum
ma deuotione & diligentia die post tertia fecere, &c.

¶ Erat aũt ibi Maria Magdalene & altera Maria Ioseph se-
dentes contra sepulchrum, & reuertentes parauerũt aromata &

vnguẽta

vnguenta, & sabbato quidem siluerunt secundũ mandatum.⌋

¶Siquidẽ dies parasceues, nobiscũ dies Veneris aut sexta feria, sic dicta fuerit, id est præparationis, quoniã ea die Iudæi debebant præparare, quibus opus erat sabbato mox sequente, quo quiescere ex lege cogebantur, quoniam & deus ab opere suo tum requieuerat. Id quod mysterio & veritate non caruit, vt suo loco dicemus in metaphrasi nostra. Gene. 1. 2.

¶⌊Altera autẽ die, quæ est post parasceuen, cõuenerunt principes sacerdotum & pharisæi ad Pilatum, dicentes: Domine recordati sumus, quia seductor iste dixit adhuc viuens: Post tres dies resurgam. Iube ergo custodire sepulchrum vsq; in diem tertium, ne forte veniant discipuli eius & furentur eum, & dicant plebi, surrexit à mortuis. Et erit nouissimus error peior priore. Ait illis Pilatus: Habetis custodiam. Ite, & custodite sicut scitis. Illi autem abeuntes munierunt sepulchrum, signantes lapidem cum custodibus.⌋ ¶En quanta Iudæorum malignitas, qui maledictam suam inuidiam, etiam post mortem seruarunt, quæ tamen alioqui morte vinci perhibuerunt. Tanto autem rancore Christum persequebãtur, vt illum dedignentur vocare proprio nomine, dicentes: Iste seductor: nimirum Christo imponentes, quod ipsimet erant, qui totum populum à veritate ad falsitatem seduxerant, adeo non sufficit malignis seductoribus scelus mortis innocentissimæ, nisi & post moetem eius famam lacerarent, quem sciebant innocentem, ipsum vocantes malo animo seductorem, qui neminem à veritate ad falsitatem, sed omnes à falsitate ad veritatem, à vitijs ad virtutem, à morte ad vitam seduxit.

In cuius argumẽtum ipse propria virtute tertia dehinc die sic à morte temporali ad vitam surrexit æternam inuitis omnibus suis inimicis, vt eorum conatus plane nihil profecerit, imò verissimum sit factum, quod ait scriptura: Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra dominum. Actorũ. 5 Prouer. 21.

¶Et hæc de passione domini nostri Iesu Christi summatim, non autem speciatim, vtpote quæ in se talis ac tanta fuit, vt nulla, neq; angelica, neq; humana lingua sufficiat ipsam vel ex parte conscribere vel enarrare, nec tota cognoscetur à quopiam donec ipse dominus in extremo iudicio & fine mundi veniet, iudicaturus viuos & mortuos, vulnera sua in signo crucis secum in terrorem malorum & in gaudium bonorum miraculose adferẽs Mat. 24 Marc. 13

Siquidem Iesu Christi passio vniuersas vniuersorum passiones in
omnibus & ad omnia longe superans, eo ipso, quasi in ligno cru
Threni. 1. cis pendente, in hæc verba subindicante. ¶O vos omnes, qui
transitis per viam, attendite & videte, si est dolor sicut dolor me
us. ¶Primo igitur superest, vt Christo pro nobis ita passo cō
patientes simus & grati, gratias agentes ex animo, cum ipso per
abstractionem omnium vitiorum commorientes, simul etiam
deuotissime orantes ne suam illam pro nobis passionem sinat in
nobis perditum iri, verum fore ad salutem, æternamq; vitā pror
sus vtilem & efficacem. Id quod indubie pro sua erga nos inæsti
mabili charitate facturus est, vbi crucem nostram pro peccatis
nostris sumpserimus patienter, ipsum verbo & facto sequentes
quādoquidē ipse dominus etiānum ideo pro nobis (vt inquit Pe
1. Petri 2. trus) sit passus, nobis exemplum relinquens, vt sequamur vesti
gia eius.

¶Quàm immerito nōnulli sublatas velint horas
Canonicas. Cap. XIX.

HActenus hæc dicta sunto breuiuscule de horis, quas di
cunt, canonicis, in quibus nō modo ex institutione ec
clesiastica fit cū gratiaꝝ actione certis ad eā psalmodijs
& orationibus memoria amarissimæ & innocētissimæ
vitæ, passionis, mortis & resurrectionis Iesu Christi, sed & aliorū
nō parū multorum, quæ deus opt. sub eaꝝ horaꝝ tempus singu
lari quodā mysterio tā potenter q̄ clemēter in suā gloriā, adeoq;
in omniū nostri salutem effecit. Nec est proinde, quod absq; cau
sa tantopere illas velint sublatum iri schismatici, nimiꝝ quasi vel
ineptas vel superstitiosas vel nihil ad dei laudē pertinentes. Qui
Neem. 9. sita perrexerint, facile damnabunt, sed impie, stoliditatis, igna
uiæ & superstitionis Esdram, Dauidem, Danielem, imò Christū
adeoq; eius matrem virginem Mariam, apostolos, prophetas,
& patriarchas, hocq; genus homines tam multos quàm sanctissi
mos, qui & ipsi non absq; sancto spiritu certis ad deum horis ora
Exod. 25 re consueuerunt.
¶Iam vero si deus ille Opt. Max. iusserit Mosi, vt omnia face
Galat. 4. ret secundū exemplar, quod ei demonstrarat in monte, qui erat
iunctus ciuitati Hierusalem, figuræ superioris illius quæ sursum
Esaiæ. 6. est mater nostra Hierusalem. Nuncq; satis abunde constet eos,
qui istic habitant, deum die ac nocte citra intermissionem lau
dare

dare, nec aliud velit deus, qui cuncta in decus suum creasse creditur & honorem, quur ipsi, qui adhuc sumus in hac terrena, hoc est, militante Hierusalem non sequeremur illam matrem nostram, nos errantem, vt vel cum ea aliquot saltem horis deum laudaremus, qui (vt illa) iugiter non valemus, præpediti, quod corrumpitur, corpore, animam grauante: qui & interim distinemur ex dei mandato diuturnis ad inquirenda quibus ad vitam sustentandam opus est, laboribus. Apocal. 4 Sapie. 9 Genes. 3.

¶ Nec etiamnum est, quod ecclesiam subsannẽt, quia non alio quàm septenario numero horas illas Canonicas supplere & constare maluerint. Quandoquidem respondeo, nec illam hoc ipsum (velut dictũ est) sine exemplo, nec absque mysterio, quo hic numerus est plenus, instituisse, quum & ipse numerus sit vniuersitatis, in quo deus creator omnium vel maxime mirabilia & salutaria operatus & eo quidem numero vniuersitatem complexus sit. Ille quidem septem climatibus terram distinxit, cœlum septem syderibus regit, tempus septem voluit diebus, mundum absoluit septem ætatibus. Illius etiamnum virtute homo in vtero matris septenario numero iuste cõsumatur. Cum enim in vterum mulieris genitale semen datum est, primis septem diebus conglobatur, coagulaturq́, fitq́ ad capiendam figuram idoneum. Post deinde quarta hebdomade quod eius virile fœtus futurum est, caput & spina, quæ est in dorso, informatur. Septima deniq́ hebdomade, id est, nono & quadragesimo die totus homo in vtero absoluitur qui ante mensem septimum salubriter secundum naturam nasci nequit, qui etiamnum vitam suam natura succurrente septem finit ætatibus, vtpote infantiæ, pueritiæ, adolescentiæ, iuuentæ, senectæ, virilitatis & decrepitæ, in quibus & ipse pericula vitæ fortunarumq́, quæ climacteras Chaldæi appellant, grauissima quæque in septenario numero experiri solet, veluti in nostro libro, de Hebdomade, post Macrobium & Aulum Gellium paulo fusius disputauimus: hoc quidem loco non aliud addentes, quàm quod hanc quoque ob causam (sileo rationes, quæ si me tempus haud deficeret, huc adferri possent, reliquas) rectissime catholica ecclesia septem interdiu & noctu horis, deum cum gratiarum actione constituit laudandum, vt sic creator ipse omniũ in sin- Plini. lib. 7. c. 5 A. Gelli. noct. li. 3 c. 10

gulis ætatibus & tam fœlicitatis quàm infelicitatis tempore glo-
rificari videretur, cum memoria eorum pia, quæ ille sub septe-
nario numero in hominis salutem disposuit. Quo haud dubiè re-
Psalm. 118 gius Propheta respexit, inquiens: Septies in die laudem dixi
tibi super iudicia iustitiæ tuæ. Quem non pudeat imitari pijssi-
mos quosque.

¶Quare summa deuotiõe complendæ sunt horæ canonicæ.

Caput XX.

IAm demum si tantorum officiorum & mysteriorum memoria fit
sub, & in septẽ horis canonicis atque tot inibi beneficiorum di-
uinorum hymnis, psalmis, & orationibus huc collectis cũ gra
tiarum actiõe deus collaudetur, haud sanè est quod malim, quàm cle-
ricos plerosque omnes magnopere rogatos, vt illarum officia cũ per-
fecte tum digne absoluant. Siquidẽ decentẽ earum persolutionẽ de-
beant & homini & deo. Homini (inquã) à quo pro illarum labore,
mercedẽ recipiũt & stipendiũ, pro quo ipsi nõ minus debẽt labo
rem pfectũ quàm ipse labor mercede dignus est, quãquã qui non labo
Matt. 10 2. Thess. 3 rat non debet etiamnum (Apostolo teste) mãducare. Si proinde
(vt idẽ sentit Apostolus) Ecclesiastici ab homine propter earum
horarum persolutionẽ metiuntur carnalia, necessum est, vt ediuerso se-
1. Cor. 9 minent spiritualia. Quod si in rei veritate debẽt etiã, qui vno dunta
xat sacerdoti, & eo quidẽ pauperculo militãt, & sustentantur, quid
& quantũ putamus debere eos, qui sine conscia tot abundãt opu
lentissimis sacerdotijs, quũ vix vni fortassis sufficiãt, nec nisi vno
possint esse loco, quũ interim tot paupeeres ijdemque viri boni fame
pereãt, sudent, & algeant. ¶Eheu quã horrescet olim in auri-
bus ipsorum vox illa dñi tremenda. Quid audio de te? Redde ratio
Lucæ. 16 nẽ villicationis tuæ. Iam enim non poteris villificare. Atque nimium
vereor, illos qui sic negligẽter diuinis officijs insistunt, non posse
tutos esse à sñia damnationis, nisi cũ euãgelico illo villico de ma-
le quæsitis sibi fariãt & de mãmona iniquitatis amicos. Omnino
enĩ vel ipsis cõstat, beneficiũ dari propter officiũ, quod ideo de-
bent homini. ¶Quod & deo debẽt & dignã illius persolutionẽ,
cui ob conditionẽ, qua funguntur (quia clerici) prorsus obligantur.
Iohan. 4 Matt. 15 Esa. 29 Illi oportet sua deferant officia in spiritu & veritate, nec ipsum la-
bijs honorent, quũ longe cor absit. Qui alioquin ad singulos suo
Psalm. 49 tẽpe sit cũ vindicta dicturus. Quare tu enarras iustitiam meam, & adi-
sumis testamentũ meũ per os tuũ? Arguã te, & statuã contra fa-
ciem

ciem ruam. Debemus igit plerıq; oẽs operã, vt iuxta Prophe- Psal 146.
tam: nostra deo nostro sit iocunda decoraq; laudatio. Talis em
laus decet deũ Max. cui vtiq; creatori oim cũ summa deuotione 1.Cor. 4
supplicandũ est, & spiritu simul & mẽte psallendũ in lachrymis,
& in puritate cordis non in voce clamosa, sed in mentis intẽtio-
ne & lachrymaꝶ compunctione. Quãdoquidẽ melior sit quinq;
psalmoꝶ cum cordis puritate, sereritate, & hilaritate spirituali
decantatio quàm totius psalterij cum anxietate cordis, & tristi-
tia: præsertim quia oporteat vt in conspectu diuinæ maiestatis
& angelorum mens nostra voci consonet.

¶ De confutatione eorum, qui horas canonicas sublatas volunt.

Caput XXI.

NOn est itaq; Primo, q non desint ex schismaticis, qui
illas (inquã) horas canonicas velint sublatas, quasi in-
utiles iugi eaꝶ persolutione. Siquidẽ ad hũc modum Esa. 6
inutiles sint laudes in cœlis electoꝶ, qui diu noctuq; Apoca. 4
requiẽ non habẽtes ineffabiliter deũ collaudãt. Quid? qñ hoc la Lucæ 18
ne pacto Christus vana & inutilia (quod absit) nobis præcepisset 1.Thess. 5
qui nos serio voluit semp ac sine intermissione orare. ¶ Scdo,
nec est, quod ideo velint illas sublatas, qm sapiãt, qui eas persol-
uunt, hypocrisim, appetẽtes hac sua sedula orone & decantatio-
ne videri alijs meliores & sanctiores, quales olim fuere pharisæi, Matt. 15
quos dñs verè vocauit hypocritas. Respondendum est, haud sta-
tim esse hypocritas, quos pessimi quiq; hypocritas iudicant, qñ-
quidẽ nemo sit, qui certo hypocrisim agnoscit, prçter eũ, qui cor Eccl 15
da nouit hoim, cuiusmodi solus ẽ deus, q solus renes hoim & cor Psalm 33.
da scrutat, discretor cogitationũ & intentionum cordis, in cuius Psal 7
conspectu nulla est creatura inuisibilis, veꝶ cui oĩa sunt nuda & Hiere 17
aperta. Quãto proinde rectius illi iudiciũ deo relinquerẽt, nõ ante Apoca. 13
tempus iudicantes, veꝶ expectãtes, quoad veniat dñs, qui & il- Acto. 2
luminabit abscondita tenebraꝶ, & manifestabit consilia cordiũ, 1.Cor. 4
& tunc laus erit vnicuiq; à deo. Qui si vt volunt perrexerint, nõ
erit, quin hypocrisi obnoxios facient Christum cum suis patri- Acto 1.
archis, prophetis, apostolisq;, qm & ipsi sedulo (vt ex illoꝶ actis Acto 3.4
passim constat) deum collaudarint, orationibus nunq̃ nõ intẽti. Acto 2.10

¶ Tertio, nec est, quod proinde illas velint submotas, quoniã
superstitiosæ sint, quod non nisi septenario numero statisq; ho-
ris consumant. Responderi potest, ad hunc sane modũ, ne dum

Dei sanctos fuisse superstitiosos, qui & certis suam ad deum orationem horis (vt diximus) effuderunt, sed & deum (quod absit cogitare quidem) superstitione non carere, qui hunc sibi numerũ. s. septenarium perinde peculiarem adeo esse voluit, vt in eo mirabilissima quæq; condiderit & crearit, velut aliâs longe fusius cõmonstrauimus, causas interim haudquaq̃ silentio transeuntes.

¶ Postremo, nec ideò iuste illas volunt sublatas é medio, quoniam clerici ipsimet (vt dicũt) eas ex maiori parte nec seruãt, nec intelligunt, nec cũ deuotione & attentione persoluunt. Respondeo, non illas ideo prorsus submouendas, quod sint ex Ecclesiasticis qui eas vel negligunt, vel (quod non absq; animi dolore audio) non intelligunt, vel irreligiose orant. Siquidem hoc non fit ipsius rei, sed personæ vitium & abusus. Modo supra quàm dici potest, constat, ob personæ vitium & abusum non esse rem tollendam, sed personam modis quibus fieri queat, à vitio reformãdam, ac abusum é medio tollendum, alioqui nihil esse sub cœlo tam omni ex parte consummatum ac perfectum, quod diu durare possit: quum nil sit vsqueadeo bonum, quo quis male vti non posset, imo euangelium ipsum prorsus esset abijciendum, quo tã perniciose nonnulli abutuntur. Quid multa? Hoc nimirum modo nullus sit hominũ status diu ferendus, quum in vnoquoq; sint qui statu ipso abutuntur, nec quod debent, agunt: quum interim tam nõ absq; vitijs esse possint aut fuerint, vt etiam ij pauci, quos
Mat. 26. et 27 Christus sibi delegerat haud immunes extiterint omnes, vtpote
Matt. 26 quorum alij illum vendiderunt, alij abnegarunt, reliqui ab omni
Marc. 14 fide post passionem illius lapsi fuerunt. Nec mirum, siquidem ne-
Luc. 22 cessario scandala veniant. Equidem & si hac in parte de Ecclesia-
Iohan. 18. sticis longe meliora sperauerim vt qui putem non deesse, qui has
Matt. 18. illas suas (vt sic dixerim) Canonicas horas non solum obseruant, sed & rite obseruant, simulq; eas religiose accipiant, haud tamen velim, vt alij qui suo minus recte funguntur officio, sibi applaudeant, imo plane sciant se (vt paulo supra docuimus) obligatos esse, vt illas & intelligibiliter & religiose seruent, qui alioqui in-
Luc. 16. dicem sint habituri, cui non sine dolendo suo interitu rationem
Hebr. 13 reddere cogentur, vtcunque increduli, quousque cum diuite Epulone in inferia proclamabunt. At tum sero sapient Phryges. Quod ne aliquando (quod nollem) vsu eueniat, Episcoporum erit, singulis ad ostia intẽdere, qui alioqui certo seipsos cũillis in

gehẽ-

gehennam proijcient, nimirum non pro suis tantum, sed & pro
illorum animabus in nouissimo die rationem reddituri. Atque Hebrae. 13
vtinam expendant ij, quantas deus minetur eis Episcopis pœ- Ezec. 3. 33
nas, qui nihil faciunt Episcopo dignum. Sunt & alij in Ecclesia
abusus, nec exigui, nec cõtemnendi, nec hactenus (quod sciam)
satis apertò tacti, sed nisi in cõcilio Christiano nequaquàm com-
mode reformandi, de quibus opportuniore loco & tempore, si
Deus annuerit, haud tacebimus, hac dumtaxat vice præ cæteris
admonentes, vt Ecclesiastici pro viribus Deo optimo maximo,
sub horis Canonicis pie & religiose laudes depromant, memo-
res, quantis ex mysterijs polleant, summa nimirum religione &
veneratione digni.

¶ Quæ sub horis Canonicis sint memoranda.

Caput XXII.

SAne inter cætera paulò supra commemorata. Sub ho-
ris matutinis memoria fiet illius ineffabilis amoris, quo se
dominus noster Iesus vinctum tradidit in manus pecca-
torum, factus obediens vsque ad mortem, mortem autẽ cru- Phil. 2
cis, ac interim spiritu & mẽte conabimur obedire ad om̃ia, quæ Sapie. 8.
nobis vel à deo vel ab eis, qui ipsius sont loco, iniungunt. ¶ Sub
primis vero horis profuerit meminisse humilitatis profundissi-
mæ, qua dominus Iesus corã Anna, Caipha, & Pilato indignis Esaie. 53
iudicibus non aliter atque agnus mansuetissimus pro nobis stare
dignatus est. Cuius exemplo subijciamus, & nos omni propter Roma. 13.
ipsum creaturæ, illius nomine ad vilissima quæque parati. 1. Petri. 2.

¶ Sub tertijs memoriam agere expedit, amoris immensi, quo
idem ob nostrã salutẽ se turpiter contẽni, conspui opprobriisque Esa. 50
saturari passus est, relinquẽs exemplũ, vt nosipsos cõtẽnamus &
vilipẽdamus eiusque amore opprobria sustinere nõ dedignemur. Ephes. 4.

¶ Sub sextis, recordabimur ignominiose crucifixiõis, qua ipse Phil. 2
dñs nostri causa cruci adfixus est, cũ latronibus reputatus, memo- Esa. 53
res interim, vt ipsi eius amore crucifigamur mundo, spernentes
mundũ, & quæ eius sunt, quoniã vana. ¶ Sub nonis, ex animo Roman. 6
compatiamur amarissimæ morti, quam ipse pro nobis suopte Gala. 6
sustinuit, moriendo nostram destruens mortem, vitamque repa- Ozee. 13
rans, vt cum eo moriamur mundo. ¶ Sub vesperis, memoria Hebrae. 2.
agetur depositionis illius satis amaræ, qua de cruce per Ioseph ab
Arima

Aramathia depositus est dominus Iesus, in argumentum, vt ipsi aliquando post mortem in sinum eius cum gaudio ponamur.

¶ Sub horis completorij ex animo meminerimus sepulturæ
Philip. 3. dominicæ, per quam & in baptismo consepulti die tertia resurgemus, quādo ipse dominus, apostolo teste, reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratū corpori claritatis suæ secundum operationem virtutis suæ, qua etiam possit subijcere sibi omnia. Hæc & hoc genus alia sanctitatis & veneratione plena, plerique omnes sua singuli deuotione iuxta spiritum suggesta memoriter agemus, non aliò cogitantes, sed in deum & ad eius sacrosancta mysteria prorsus intenti, à vitijs vel omnino alieni vel saltē
Psal. 146 per veram confessionem expurgati. Nec enim decet deum nisi
Psal. 46 decora laudatio, cui & vere sapienter psallendum est.

¶ In huius sane argumentum, q̄ videlicet oporteat deo officiū nostræ seruitutis deuote offerre, quamque displiceat eidem, Laus
Eccles. 15 ex ore peccatoris, vtpote quæ speciosa non est, statuit profecto pia ratione ecclesia, vt oraturi, psallaturique singulas horas, initio cū propheta deprecemur, quatenus ipse deus opt. dignetur labia
Psalm. 50 nostra nō tam oris q̄ cordis sic nobis aperire, vt digne laudē eius annuntiemus, dicentes: Domine labia mea aperies, & os meū annuntiabit laudem tuam. Nec immerito, qm̄ nisi dominus aperi-
Johan. 15 at labia & gratiam præstet ipsum pro dignitate laudandi, nō erit grata diuinis auribus, neque accepta laus nostra. Denique quia ipse
2. Cor. 3. solus sit, sine quo nihil plane possumus, sed ex eo omnia nostra sit sufficientia, necessum est, vt ex eadem ecclesiæ institutione petamus nobis à deo datum iri gratiam & opem pro digne persol-
Psal. 69. uendis eiusmodi horis Canonicis, dicentes: Deus in adiutorium meū intēde, domine ad adiuuandū me festina, &c.

¶ Conclusio operis.

AD hunc nisi modū, quo diximus, deo laudes depromserimus, eumque syncero corde & deuoto adfectu benediximus, haud aberit, quin male simus audituri apud deum max. vtpote qui ad nostras preces & benedictiōes,
Malac. 2 quas ita persoluimus indigne, dicturus sit illud in Malachia: Ma-
Hiere. 6. ledicam benedictionibus vestris, & maledicam illis, quoniam nō
Hiere. 48 posuistis super cor. Siquidē maledictus, qui facit fraudulenter opus domini. Cuiusmodi est omis, ecclesiastico beneficio dotat*, qui pensum suæ seruitutis septuplū, quod iure debet naturali, &

diuino

diuino, vel negligit, vel male, citraq; deuotionem persoluit, aliõ Matt. 6.
cogitans, aliudq; agens. Sane primum est quærendũ regnum dei Luc. 12.
summo nimirũ studio per easdẽ horas Canonicas, Quas si quis vtcũq; persoluit, non absurde ad finẽ ex laudabili huius inclytæ ecclesiæ Moguntinæ cõsuetudine ad deũ Opt. Max. peroraturus est, dicens: Suscipe quæsumus omnipotens deus, meritis & p̃cibus sanctissimæ dei genitricis Mariæ virginis, & omniũ sanctorũ tuorum, hoc obsequiũ seruitutis nostræ. Et si quid in his laudibus tua gratia largiente digne egimus, propitius respice. Et quicquid negligenter vel minus deuote actum vel obmissum est ignosce pater clementissime per dominũ nostrũ Iesum Christũ filium tuũ, &c. Atq; hinc est, quod omniũ horarum fini subnectitur ex institutione ecclesiastica ea gratiarum actio. Benedicamus domino, deo gratias. Per quam de absoluta, dei adiutorio, laude, perfectaq; cuiusq; horarum completione gratias agimus, ac interim ad illum conuertimur, qui alpha est & ω, cui decus & gloria in secula seculorum, Apoc. 22.

AMEN.

Libri primi Finis.

FRIDERICI NAVSEAE BLANCICAMPIANI MIScellanearum pro sacrosancta Missa Liber Secundus.

REVERENDO IN CHRISTO PATRI AC domino, D. Iohanni ab Erenberg Ecclesiæ Spirensis & Moguntineñ. Præposito ac Decano meritiss. & dignis. Fridericus Nausea Blancicampianus S. P. D.

QVum nuper à Bibliopolia rescirem, venerande pater ac domine colēd., meas illas pro sacrosancta Missa Miscellaneas in priore quidem æditione reuerendo nobilíq; viro D. Laurentio Truchsessio à Bomersfelden Decano, &c. domino, patronoq; meo tū facile præcipuo & liberaliss. multiplici admodū nomine inscriptas, sic plerisque omnibus antiquæ religionis amatoribus (re fortassis ipsa, quā nihi ago, ad sui amorē cogente) cōplacuisse, vt illarum essent exemplaria dudū adeo vniuersa prorsus diuendita & distracta, vt ne vnū quidē toto passim orbe superesset quaneocūq; etiāmsi pretio venale, cœpi sedulis multorum precibus easdē Miscellaneas, vt in pluriū vtilitatē denuo æderent, sub incudē reuocare, & quod inter tot occupationes molestas potui, nō absq; singulari corollario & auctario recognoscere. Quā sane recognitionē vel quātulācūq;, ne quid à more veteri discessisse videter, alicui viro nō cōtēnēdo inscribēdā putaui, cuius ipsa patrocinio & authoritate eā tutior tū gratiosior in fastidiosiss. huius mūdi theatrū pio lectori prodiret. ¶ Iā vero quū circūquaq; pspicerē, quisnā huic rei foret aptior, seq; mihi nō pauci multi offerrent, nec ij quidē pœnitēdi, nō potui, quocūq; me verterē, te ad hanc rē, vel potiorē, vel eminētiorē, vel doctiorē inuenire, nec cui pluribus sane noībus hanc nostrā opellā dedicarē. Primū quidē, quod vnus facile sis omniū, qui religionē illā veterē (quā equidē pro virili illic tueri satago) tā verbo quam exēplo mitē amplecti soleas, pietate nulli plane secūdus. Deinde quia iudicio plurimū valeas & dexteritate cōmenderis, cuius ob id cēsuræ nemo sanæ mētis citra ruborē sit reluctaturus. Sileo reliqua laudū præconia, quibus apud oēs impēse probaris. Nec enī est, quod in hac breui pro loco & tpe spatiuncula te laudibus vtcūq; meritis onerē, cū quia tuus sit candor, vt quālibet etiā laudē immodicā existimes. Vnde fieri solet,

vt quo

vt quo minus laudari velis, hoc sis multo magis extollēdus. Atq; hæc est insup nō vulgaris causa, ob quā vel hoc quicqd est studij & lucubrationū tibi ceu selectissimo patrono meo dedicauerim, nēpe, q̄d per illud huic inclytæ ecclesiæ Mogūtinæ ex aīo collibuerit cōgratulari, q̄d ipsa re, talē, dico, tantūq; virū nacta sit Decanū, cui q̄q; oculoꝝ & intellectū esse video, p̄cans interim deum opt. vt tua in hoc dignitatis fastigiū successio fausta sit & felix. Qua re vel vna nescio q̄d malim. Quod mō reliquū est, venerāde pater, modis q̄bus possum ac debeo oībus obtestor, vt hūc laborē meū, forte non inutilē, nec spernendū, boni cōsulas, & qua me fouere cœpisti beneuolētia suscipias, nōnullo declaraturus argumēto eū tibi ex aīo gratū fuisse. Siquidē hoc ipsum cognouero, nō aberit, quin breui (deo auspice) mnemosynon daturus sim lōgè maius. Interim bñ valeas, cleri decus, mei memor. Mogūtiæ.

REVERENDO IN CHRISTO PATRI AC dño, D. Laurētio Truchses à Bomersfelden, inclytæ eiusdēq; Metropolitanæ ecclesiæ Moguntinæ Decano, Fridericus Nausea Blācicāpianus salutē.

POst redemptam illam octiduanā meis nuper concionibus quietem, reuerende pater, quū à me nōnulli quotidiano perinde cōmtio flagitarēt, vt quę ex publico in hac inclyta ecclesia Moguntina suggestu pro sacrosancta Missa, q̄ Græcis est λειτουργία, dixissem, iam demō ęderē, diu sum equidē reluctatus, haud sane, q̄d futuros p̄ter à communi sensu alienos putarim, quos vel q̄libet morosos hęc nostra male habere posset æditio, veꝝ, quod authores minime cōtemnēdos forte multa, quæ huc pertinerēt, & scripsisse & ædidisse suspicabar, meq; proinde acta (quod dici solet) actuꝝ. Sed qua ipsa ex causa faciliorē mihi veniā meæ apud illos dehortationis arbitrabar fore, hac mouebant illi magis, & q̄dem maxime, quod priores hoc operis & iusto prolixius & obscurius nudoq; sine scripturis & solo verboꝝ apparatu (hoc enī nunc vel solum iactitarent apostatæ & schismatici) & ita nimiꝝ

tractassent, vt parum inde vel nihil legentibus esset fructus promanaturæ, meritoq; propterea hanc mihi æditionem imponi. Insuper dicebant: Cur non multis per te communicari deberit quod multorum est, idemq; à multis tantopere flagitatū? Et qui etiamnū sine socio cuipiam iocunda esse queat possessio? Et quid cælabis, quod nihil habet, neq; pudendū, neq; cælandum? quū & seruator noster Iesus Christus clara in luce adeoq; detectis prædicandū serio censuerit, quod ipse in tenebris, & in aurē dixit. Nonnē & hoc ipsum aiebant, vel in primis à te facto opus est, quod ipse vnà cum Apostolo Græcis ac Barbaris sapientibus & insipientibus, & non solum Moguntinis debitor, sed obstrictus illis quoq;, qui aliâs sunt, mutis saltem scriptis euangelizare? Addebant deniq;, ex ea æditione non vulgarem æque ad bonos atq; malos vtilitatem proculdubio peruenturam, suamque Deo Maximo gloriam nuper obscurari cœptam, postliminio redituram. Subijciebant præterea, vel me teste, hanc meā operam Reuerendissimo & Illustrissimo optimoq; principi nostro Archiepiscopo Moguntino vti ex animo aliquoties desideratā, ita gratissimam certo futuram, cui sine controuersia in negotio tā pio quàm proficuo mos esset gerendus. Hæc illi. Cætera quæ itidem causabantur transeo. Ipse vero si quod petebatur non magnam vtilitatem, ac certe, quod opto, bonam voluntatem optimis quibusq; lectoribus adferre sperans, tandem non tam præstandi, quod postulabatur fiducia, quàm negandi, quod impetrari dignum videbatur, verecundia victus sum, interim non vulgariter obtestatus, vt eorum fide ac diligentia, quod impetrassent in manus hominū veniret emendatū, nempe quod ne primā quidem manū perinde meam sensisset, & vix esset in nonū diem domi pressum, quod in annū nonum fuerat premendum, quod vel inter aliâs causas ideo emittendū non putauissem, quando hoc ipsum nondum satis maturuisse opinatus fueram. Cui colligendo (quod constat) paulo minus quàm octiduum, tam alioqui & priuatis & publicis districtus negotijs, impendi, quod tempus ferme totum sacris literis, vnde hoc operis nascitur, lectitandis datum est. Qua etiā rerum ratione factum videri peruelim, quod nihil mihi stilo, neque nitoris, neq; elegantiæ accesserit, qui nec orationis phaleras in eo arbitratus sum aliquando desideratum iri, quod veritatis, quæ fuco non indiget, studiū cōplectitur, imo quod

quod eam contineat materiam, quę doceri quàm videri mauult, salutarior quàm blandior, & forte parum mellis, & absinthij multum apud nonnullos habitura. Quæ etiam, timeo ex eo minorē sit gratiam initura, maiusq; mihi odium apud plerosq; paritura, quod parum obsequio, plurimū autem veritati deferat, quinetiā offensura, qui contra sentiant, & aduertentur, propediem aduersus me, vt nunc impatientissimi, & deploratissimi genus illud Hiebusæi adsolent, scriptitaturi. Quorū libellos vel quàmlibet famosos (alios enī, vt sui sint similes, scribere nequeunt) nomine IESV CHRISTI, propter quem nihil duxerim non sufferendū, prorsus sinam & surda perinde aure pterfluere. Non sane nescius, etiam fœminā, & eam, vt tradunt, propalam aduersus Theophrastū, hominem in eloquentia tamū, vt nomen diuinū inde adeptus sit, scripsisse, & adagium inde natum, suspendio arborem eligendā. Quare non est, quod propter istos veritatem obsequio sim cælaturus, qui, vt aliâs, ita vtilitatē iuuandi gratiæ placendi multo prætulerim hoc in opere, in quo non contēpsi, tanquā parua quæ discenda prius sunt, & quæ si negligentur maioribus haud sit locus, nec abstinui à necessarijs rebus, vtcunq; ab ostentatione & ab omī ingenij gratia positis, non aliud me mihi quàm Iesum Christum, & hunc crucifixum scire cupiens, eundemq; solum docere satagens. Quod opus LAVRENTI Truchses, Reuerende pater, tibi dico, & post Deum optimū deuoueo, tibi (inquam) mei studiosissimo & eximio sacrarū literarū amore flagranti, & quem non propter hæc modo, quanquā non sint parua, dignissimū hoc synceriotis meę erga te charitatis, obseruantiæ & gratitudinis pignore iudicauerim, sed quod inter religionis nostræ proceres adeo non infimū dignitatis locū obtines, vt primas inter illos facile tibi vendicare possis, qui & clarissima in Francia orientali, quæ vtrique nostrū patria est, Bomersfeldēsium familia natus summa fulges prudentiæ & probitatis opinione, qui etiam consilio, ingenio, authoritate, dexteritate, & liberalitate parem fe habeas neminem. In quo nec quispiam naturæ dotes, nec fortunæ bona desiderare audet, qui literas impendio amas, literatos sustentas, opibus adiutas, omniumq; studiorum Mecœnas studiosorum commertio impense, & candide, oblectaris. Atque cui etiam rectius de religione liber quàm tibi dicari queat? qui miro certo modo religionē ardes, in-

H 3 staur as

ftauras, foues, auges, & adornas, imò quem vel aduersarij eū esse
fatentur plerique omnes & prædicant, in quo nuper in hac insi-
gni Moguntina Diocœsi ipsa religio Christiana perinde, ac in
cardine versa sit, simulque pependerit, alioqui facile, deo maximo
permittente pessum, vt alibi (prohdolor) factum nouimus, itu-
ra. Quam re quàm tibi debeat, non dixerim modo clerus hic
Moguntinus, sed & vniuersa hæc insignis & vere aurea Mogun
tia, nemo est, qui non videat: meo nimirum & multorum iudi-
cio tibi citra controuersiam debet, quod Ciceroni Roma, qui
hanc celeberrimam vrbem non ab vno, sed à multis Catilinis ab
eorumque coniurationibus & insidijs, deo propitio, tutam & im-
munē reddidisti, illāque tāta animi fortitudine, prudētia, & inte-
gritate nostro Reuerendissimo, illustrissimoque principi, Archie-
piscopo Moguntino tum absenti, adeoque omnibus bonis illius ci-
uibus liberam & illæsam, veluti ex incendio crudelissimo, & ita
præseruasti, & fermē recuperatam restituisti, vt equidem hoc
Ennij de Fabio ad te dicere nequaquàm dubitauerim. Tu maxi-
mus ille es, vnus, qui nobis cunctando restituis rem. Et tu adhuc
in quæstionem vertis, cur hoc nostrum de vera religione & pie-
tate opus tibi præ cæteris dicem? Desine dubitare, quum & di-
gnior sis multo maioribus, & fortassis δευτέρας ἀμοιβάς, quæ
deo bene fortunante, intra paucissimos menses reddam,
vbi hæc exigua tibi non displicuisse cognoro. In-
terea non aliud orans, quàm vt mei memor
Antimacho sis Plato, ac soli Iesu Chri
sto vnico nostro seruatori, quod
facis, addictus, in quo
semper valeas
opto.
Moguntiæ ex ædibus nostris, vndeci
mo Calendas Septembres, An
no post Christum na-
tum, M. D.
XXVII.

FINIS.

vice argumenti.



ABES hic lector optime, quatuor homilias, quas diebus superioribus in inclyta Moguntina ecclesia pro concione habuimus, non alio nimiæ charactere, quàm quo à nobis habitæ sunt, excusas, habes (inquā) & ijs passim non tamē citra ordinem pro loco & tempore (ne dies aliqua vel sine duplici sit linea) adiectam quandā compendiariā, & quidem fideliorem quàm ornatiorem sacrosanctæ missæ expositionē. Quæ, vt oībus esset obuia, à nobis per ordinē eiusdem sacrosanctæ Missæ officiū in die dominica, cui Septuagesima nomen (quoniam tum & ex iussu & officio de Missa, Deo duce, loqui cœpimus) fieri solitum, perinde atq; per exemplū declarata est. In qua quidem expositione, nunquid vltra alios, qui fortassis ante nos, & ipsi eandē rem disputarunt, in Rempublicā Christianā adeoq; in Dei Opti. Maxi. gloriā, quæ mihi agitur, & quidem modestius profecerimus, tuo syncero ac pio malumus expensum iri iudicio: nequaq̄ tamen adfirmare dubitantes, nos nihil aliud isthic præter vnicā Iesu Christi gloriā quæsijsse, vtcunq; nonnulli suis forte nimiū adfectibus obcæcati aliter sint vel suspicaturi, vel planē inficias ituri, qui profecto longe tutius, quicquid hoc nostræ est protestationis soli deo, qui solus corda nouit, cōmitterent. Interim memores Christianæ charitatis, quæ oīa sperat, quę malū non cogitat, quæq; media in meliorē vertens partem. Cæterū quancūq; isti de nobis, deq; studijs nostris, vel quālibet exiguis laturi sententiam, nos susq; deq; feremus, nec tua etiamnū causa post maximos scriptores, si qui hac de re, quos nescimus scripserunt, nostrā pigebit quibusdam in locis posuisse sententiam, quum nos nullius sectæ veluti quadam superstitione imbuti addixerimus, nostræ in Christianam religionem diligentiæ & fidei testimoniū promeruisse contenti, qui & posteris locum non negamus, sed ex animo fauemus. Quod reliquum est, oramus, vt vniuersa in Dei Maxi. gloriam, eiusq; ecclesiæ salutem cedant, quem diligentibus in bonū cooperantur omnia. Vale feliciter.

Friderici

FRIDERICI
NAVSEAE BLANCICAMPIANI
Miſcellanearum pro ſacroſancta Miſſa
Liber Secundus.

¶In verba Matth. XI. Luc. X. Confiteor tibi pater, domine cœli & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. Cap. .I.



Euerſis à prædicatione, ad quam miſſi
erant, ad Ieſum diſcipulis, lætèq́; refe-
rentibus illi negotiũ ſucceſſiſſe, ille pri-
mo ſe benignũ eſſe patrẽ, qui filios ſuos
dirigi gaudet, arguens, exultauit, diſci-
pulos ſuos tantis bonis factos eſſe di-
gnos, perinde eñ amator hominũ gau-
dij reputauit materiam conuerſionem
1.Timo.2 errantiũ, inquiens: Confiteor tibi, &c.
oſtendens q̃ ſit cupidus humanæ ſalu-
tis, qui omnes homines vult ſaluos fieri, qui etiãnum aliâs inquit:
Matt.18 Filius hominis non venit animas perdere, ſed ſaluare. Hinc læ-
Luc.9 tus de ſucceſſione ſalutis hominũ, per apoſtolorũ prædicationẽ,
aliâs ouẽ centeſimã perditã & adinuentam, ſuper humeros ſuos
poſitã, domũ reportat, gaudens conuocat amicos & vicinos, ac
illis: Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam, quæ perie-
Matt.8 rat, nos ante omnia docens, vt & ipſi de proximorũ noſtrorum
Marci.2 ſucceſſu ſimus læti. Vnde apoſtolus: Gaudete cũ gaudẽtibus, fle-
Lucæ.15 te cũ flentibus. Sed deus tẽperauit corpus ei, cui deerat, abundã-
Roma.12 tiorem tribuendo honorẽ, vt non ſit ſchiſma in corpore, ſed in
idipſum pro inuicem ſolicita ſint membra. Siue gloriatur vnum
membrũ, congaudent omnia membra. Vos autem eſtis corpus
1.Cor.12 Chriſti, & membra de membro.

¶At ſi dixeris, in contrariũ videtur hodie feciſſe Chriſtus, qui patri gratias egerit, ipſumq́; laudarit, quia ſapientibus huius mũdi myſteria fidei occultauerit, vtiq; videt gaudere de malo iſtorũ. Reſpondeo: Non lætari dñm, quia ſit ſapientibus occultatũ, ſed quia humilibus eſt reuelatũ. Nõ vtiq; lætatur dñs, gratiasq́; agit,

quan-

quandoquidē dei mysteria latebant scribas & pharisæos (nō enī erat materia alacritatis, sed gemitus) sed quia quod sapientes nō nouerunt, & nosse noluerunt, humiles nouerunt: quo pacto non simpliciter lætatur, quod sapientes ignorent, verū quia illa mysteria abscondens suā plane iustitiā exercuerit. Iuste nimirū fit, vt cæci fiant, qui sibipsis prudentes simplicē veritatē, quā Christus sine fuco, citraq; philosophicarū rationum phaleras docuit, sua sponte refellunt. Sic Christus alibi inquit: Pater iuste mūdus te non cognouit, id est, iuste mundani sapientiæ non nouerūt, quoniā (vt ait propheta) incrassatū est cor eorū, & auribus grauiter audierunt, & oculos suos compresserunt, ne forte videāt oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur & sanem eos. Merito igitur increduli manent, quibus propria superbia incredulitatis ac cæcitatis causa fuit. Quo etiānum modo deus æque apparet gloriosus per suā in malos voluntatē iustitiam, vt in bonos & humiles per suā misericordiā, siquidē ad gloriam regis terreni, & ad decorē regni ipsius non solum pertinet aula, in qua strenui milites honorantur, sed & furca, in qua malefactores puniuntur. Qua de re paulo post, sed altiùs, deo volente, plura: hic suffecerit scire Christū iuste lætatū, quod deus pater dederit humilibus, id quod superbi & elati superbia, odio, inuidia malitiose ducti spreuerunt, intelligere nolentes. Vnde sequitur. Johan. 17 Esaiæ 6. Matt. 13

¶ Secundo nobis à Christo dari documentū, deo tribuendum quicquid à nobis cū laude geritur, à quo, perinde patre luminū, omne datū optimū, & omne donū perfectū descendit, cuius est donū & gratia. Sic egius propheta exclamat: Non nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriā. Sic Moses alibi cum suis à manu Pharaonis liberatus cecinit carmen domino, dicēs: Cantemus domino. Gloriose enī magnificatus est, equum & assessorem deiecit in mare. Fortitudo mea, & laus mea dominus, & factus est mihi in salutem. Sic apostolus ait: Abundantius illis omnibus laboraui. Non ego autem, sed gratia dei mecū. Sic & idem aliàs: Qui autem gloriatur, in domino glorietur. Sic Petrus, quū claudum virtute diuina sanarat, ad populū demirantem inquit: Viri Israelitæ, quid admiramini in hoc, aut nos quid intuemini, quasi nostra virtute aut potestate fecerimus hunc ambulare. Deus Abraham, Isaac, Iacob, Iesum filium suum glorificauit, &c. Scuius virtute fecimus hoc ipsum, &c. Sic Christus alibi ad Pilatū Jacobi 1. Psal. 113. Exodi 15 1 Cor. 15 2 Cor. 10 Actorū 3.

Iohan.19. qui à se putabat habere Christi interficiendi potestatem, serio corripuit inquiens: Non haberes potestatem aduersus me vllã, nisi datum tibi esset desuper, &c. Ex quibus certe omnibus monemur, vt totum quod bene facimus, & quicquid sumus deo, vero
Philip.2. authori, qui operatur velle & perficere, humiliter adscribamus, quemadmodum Christus hodie deus, æqualis ad omnia patri, perinde homo, deo patri, imò indiuiduæ trinitati totum, quod discipuli feliciter gesserũt, gratias agendo adscripsit, discipulos instruens, ne ex se idipsum fecisse falso existimarent, neve inde superbirent, quasi eius facti gloriosi authores. Vnde.

¶ Tertio docet, superbiam procul vitandã ijs, qui verã æternamq́ꝫ sapientiã habere concupiscunt, siquidẽ ea sit causa omnis cæcitatis & erroris, humilitas vero totius veritatis, omnisq́ꝫ cœ-
Prouer.11. lestis sapientiæ origo. Hinc scriptura, vbi fuerit superbia, erit & contumelia, vbi aũt est humilitas, ibi & sapientia. Hinc Iacobus
Iacobi.4. & Petrus aiunt: Omnes inuicẽ humilitatẽ insinuate, quia domi-
1. Petri.5. nus superbis resistit, humilibus aũt dat gratiam. Quare Christus
Coloss.2. summa dei sapientia idemq́ꝫ veritas, in quo omnis scientiæ sunt thesauri, hodie affirmat, superbos esse omnino insipientes, ignaros & cæcos, & à vera dei sapientia prorsus alienos. Nimirũ, qui deus iuste omnia mysteria veræ fidei, & archana suæ sapientiæ cęlauit, dicens: Confiteor tibi pater domine cœli & terrę, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Nomine sapientũ & prudentũ superbos intelligens, quales quidẽ qui sibi proprio suo ingenio sapientes videntur, recte quo ad se sapientes sunt, ijdemq́ꝫ superbi: sapientes, quia more humano scire putant ea, quæ dei sunt & diuinorũ, superbi, quoniã aliquid se scire arbitrantur proprijs viribus, & quidẽ ea, quæ in sua potestate pater posuit, cæteris autem voluit occultari, vtcunque sibi ea illi esse manifestarentur, sed plurimũ falluntur, quum sint propria voluntate obcæcati, quamuis apud mundanos, carnalesq́ꝫ homines circũspecti & vere prudentes videantur. Cuiusmodi sunt vtiq́ꝫ quantũ ad illã carnalẽ & vanã sapientiã, non au-
Lucæ.16. tẽ diuinã, siquidẽ dominus dixerit: Quia filij huius seculi prudẽtiores filijs lucis in generatione sua sunt.

¶ Quo dicto subindicat esse duos filios, lucis scilicet & seculi, id est, regni & perditionis, sic & duplices esse prudentes, scilicet vere prudentes, quales sunt filij lucis & regni, quos hodie paruulos di-

dos dicit, qui in hoc mundo, quoniã suas cogitationes & opationes nõ s d teerens, sed cœlestia tritas habẽt, ab oĩbus mũdanis hominibus insipiẽtes & stulti habẽtur, quales olim palàm habiti sunt apostoli, de quibus apostolus ait: Puto enim quod deus nos apostolos nouissimos ostendit tanquã morti destinatos, qa spectaculũ facti sumus mundo & angelis & hominibus. Nos stulti propter Christum, vos autem prudentes in Christo, &c. sed ns stultis (quos audimus nominari paruulos) deus pater, ait dominus, suæ fidei & sapientiæ & veritatis mysteria reuelauit, & quæ sunt rectæ fidei æternæq; salutis infudit, & eos vel solos à suis secretis cõstituit, & ad noticiã veritatis admisit. Et sunt apud mũdũ stulti, qui simplices se non exaltant, sibi prorsus ignari & nulli videntur, & si quid sciunt aut boni agũt, non suæ rationi, non prudentiæ, non inuentioni, sed soli deo, authori vero attribuũt, quamuis interim hæc humana inuenta non ignorent, sed qualia certe sunt, vana ducunt, non confidũt in humanis rationibus & artibus, sed prorsus fidei obnixi verbo simplici dei credunt, quo sciunt fieri omnia, & impossibile esse nihil. Illi enim paruuli & stulti propterea habentur, quoniam in captiuitatẽ redigũt omnem intellectum in obsequium Christi. Id certe fecerũt doctissimi quiq; & huius mũdi sapientissimi ad fidem Christianam cõuersi. Cuiusmodi fuere Paulus, Nicodemus, Dionysius Areopagita, hocq; genus alii, qui etsi ratione humana, vt solet, doctissimi & mundo sapientissimi, ad fidem tamen cõuersi, oẽe quod sciuerũt, obedienter mysterio fidei supposuere, non ignari deinde ea quæ dei sunt & fidei nõ posse ratione aliqua hũana probari, quum omnem intellectum excederent, longeq; humanis inuentionibus repugnarent, vnde quia humanam illam sapientiam negligentes mysterio se fidei simplicis tam humiliter subiecerunt à mundo sunt reputati insipientes, & stulti, & qui nihil haberẽt rationis, quamuis interim (quod is ignorauit) apud deũ essent, & in rebus fidei & religionis vere sapiẽtes, siquidem apostolo teste, stultitia huius mundi, est sapientia apud deũ, & quod stultum est dei, sapiẽtius est hominibus. Merito ergo hodie dominus patri gratias agit, quod hæc, scilicet fidei mysteria paruulis, id est, stultis huius mundi reuelarit, quoniam communicata non sibi, sed largitori deo attribuunt, sapientes vero, id est, superbos eadem cælauerit, quoniam hi cõmunicata sibimetipsis suisq; ingenio-

1. Cor. 4
Luce. 1
2. Cor. 10
Actor. 9.
Iohan. 3.
Actor. 17
1. Cor. 3.

geniosis inuentionibus (vt faciunt) & proprijs viribus non deo adscriberēt. Quos alibi (vt supra) filios huius seculi, id est, perditionis nominat, & ideo filijs lucis prudentiores, quoniā callide & astute oīa agant, ea quæ mundo apparentē faciūt prudentiā, perinde atq; suo ingenio proprio quæq; scirent, & etiā quæ dei sunt secreta se posse humanis rationibus scrutari arbitrant, qui procul dubio non aliter nominantur prudentes quàm alibi ser-
Gene. 3 pens iste diabolicus (septuaginta interpretibus ita vertentibus) prudentissimus appellat, de quo scriptura ait: Sed & serpens erat callidior cunctis animantibus terræ, quæ fecerat dn̄s deus. Certe prudens erat, nō per verā prudentiā sed apparentē, id est, per astutiam & deceptionem, persuasionem adulatoriā & fucatam ad mala inclinationem habentē, qua, permittente deo, hominē quiuit, reluctante interim Dei Maximi præcepto, decipere, in viamq; infidelitatis erroris'q; indelibilis seducere. Cuius & nos cum prothoplasto falsam & perniciosam prudentiā ingenti nostro malo & periculo sumus experti, quotidie'q; experimur, magno nimis; exemplo, ne fidamus in vanā huius mundi prudentiam, quæ perniciosa tantum est astutia, & versutia, ne (inquam) credamus eos in rebus diuinis adeo'q; fidei vere sapientes, qui sibi verbis ampullosis, fucatis argumentis, rationibus aliunde petitis, prudentes esse vident, existimantes se, quæ secreta sunt dei, posse suis ingenijs perscrutari, & humanis inuentis pro arbitrio, vel probare, vel improbare, quum interim in oñibus eiusmodi diuinis rebus sint omnino stulti, cæci'q;, errantes per superbiā, &
2. Timo. 3 alios in errorem trahentes. Id quod manifeste Christus hodie in Euangelio testatur dicens: Confiteor tibi pater, domine cœli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Sane apertò testatur, res diuinas & archanas, quales sunt fidei & Christianæ religionis prorsus esse occultas istis mundanis sapientibus, nec ipsis aliquam esse dandā fidem, quoties eas res suis humanis rationibus & persuasiōibus expiscari moliuntur, quorū superbia est causa intellectus cæcitatis. Noluit enim deus, quæ diuina sunt & spiritualia humanis inuentis, vel probatum, vel improbatum iri, vt non glorietur omnis caro in conspectu eius.

¶ Eapropter fidem ipsam adeo'q; ipsum sacrosanctum Euāgelium doceri voluit simplicibus, ac plenis & apertis, non ornatis, non

tis, non fucatis, non phaleratis verbis, quum fides non sit in sapi
entia hominũ, sed in virtute dei. Vnde Apostolus apud Corin- 1. Corint. 1
thios exultans inquit. Et ego cũ venissem ad vos fratres, veni nõ
in sublimitate sermonis, aut sapiẽtiæ, annũtians vobis testimoni
um Christi. Et sermo meus & prædicatio mea nõ in persuasibili-
bus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus & virtu-
tis fuit. Nec obstat dicere. Atqui stultissima videntur, quæ à nostris
de fide & ea, quæ sunt Christianæ religionis prædicant, & stulti
quoq; sunt, qui tam stulta, tamq; ridicula populo denũtiant Respõ
deo, inde cognosci, vera esse, quod isti carnales falsum existimat,
& satis in se apud deum habere prudentiæ, quod ipsis est stultũ,
quum constet Apostolum dixisse. Sapientia huius mundi est stul
titia apud deum, & econtrario: Non enim potest caro, quæ spiri
tus sunt, intellgere, quæ prorsus deridet, quæ spiritualia sunt &
cœlestia. Nec miræ esse debet homini pio, quum Paulus dixerit:
Verbum enim crucis pereuntibus quidem stultitia est. His autẽ, 1. Corint. 1
qui salui fiunt (id est nobis) dei virtus est. Quis enĩ ignorat quàm
stultum habitum fuerit Ethnicis, quòd Apostoli prædicabãt Ie-
sum Christum esse deum, & eundem tamen crucifixum? Hocq;
ipsum Iudæis scandalum fuisse habitum? quàmuis fide verissimũ
est & fuerit; hinc Iudæi petebant signa, & Græci sapiẽtiam, id
est, humanam ratiocinationem. An non Athenie. stultitiam pu
tarunt, & vt insaniam deriserunt, quòd Apostolus resurrectio- Actorũ. 17.
nem mortuorum prædicabat? Quem ideoq; semiuerbium dice
bant, quum interea aliis nouorum & dæmoniorum haberetur
annuntiator, quia Iesum & resurrectionem eis annuntiaret, dicẽ
tes: Quid vult Semiuerbius hic dicere? possumus scire, quæ est
hæc noua, quæ à te dicitur, doctrina. Noua enim quædam infers
auribus nostris. Sed & aliàs irridebant Apostolos, perinde atque Acto. 2
musto plenos, quia magnalia dei loquebantur, quæ rationi hu-
manæ videbantur stulta, & stulti quoq; qui ea dicebant, quum
potius stulti fuere, qui alios stultos censuere, quum (Apostolo te 1. Corint. 1
ste) stultam fecit Deus sapientiam huius mundi, quum nec mun-
dus Deum per sapientiam huius mundi cognouit, quandoqui-
dem placuit Deo, per stultitiam prædicationis saluos facere cre-
dentes, hocq; pacto eos, qui sibi humanis inuentionibus vide-
ri volunt sapientes, omnino & vere stultos reddere, quorum
cogitationes vanas esse nouit, vt compleret, quod olim dixe- 1. Corint. 3

Esaie. 29 rat p prophetã, Perdã sapientiã sapientũ, & prudentiã prudentum reprobabo. Et iterũ cõprehendam sapientes in astutia eorũ, quia ipsorũ cogitationes vanæ sunt.

¶ Absit igitur procul, absit à Christianis hominibus, vt velint propterea in Christiana religione vti impium habere, quod sibi stultũ videatur, & eos pariter pinde stultos existimare qui eiusmodi stultum pie simpliciterq; scripturæ verbo docẽt & pdicant, alioqui necessum sit, Iesum Christũ, eiusq; quasi totã doctrinam negare, qua ratiocinatione carnali nihil videri possit aut stultius aut magis ridiculũ. Quod qui faciunt, certo se ponũt esse in albo eorũ, qui (vt est apud apostolũ) dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt, & euanuerũt in cogitationibus suis, & obscuratũ est insipiens cor eorũ. Stultitia eñi est illis, & non possunt intelligere, quia spiritualiter examinatur. Quæ enim dei sunt, nemo cognouit, nisi spiritus dei.

Romañ. 1

1 Cor. 1. 3

Ephe. 4.

¶ Nonullos impie sentire de Eucharistia. Cap. II.

Johan. 6. IN quorũ nũero sapiẽtiũ sunt hodie, q nõ minus ĩpiissime q̃ impudentissime cõtra apertissimũ & sanctissimũ Chr̃i verbũ, Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi. Caro eñi mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus, qui (inquã) murmurãtes cũ pfidis Iudæis litigant, dicẽtes: Nonne hic est filius Ioseph, cuius nos nouimus patrẽ & matrẽ. Quomodo ergo hic dicit. Quia de cœlo descẽdi? Quomodo potest hic nobis carnem suã dare ad mãducandũ? Durus est hic sermo. Et qs potest eũ audire? Hæc nimirũ hodie, sed quidẽ longe impudentius, obmurmurant contra Christũ, qui impie sacrosanctã Eucharistiã vnã cũ tota, quam dicũt Missa & scurriliter subsannãt, derident, detestant, abominãturq;, eã nihil esse aliud oggannitẽtes, præter vetularẽ quandã nundinationẽ, & nescio quod macellũ, & hoc genus cauillis plusquàm scurrilibus sanctissimũ Christi corpus ludibrio habẽt, nequiter interrogãtes cũ infidelibus & impiis Iudæis. Nõne hic est filius Ioseph? cuius nouimus patrẽ & matrẽ? Quomodo hic accipiens panẽ dicit, hoc est corpus meũ, quũ in cœlo sit? Quomodo potest nobis dare carnẽ suã ad manducandũ? Quibus ipse Christus nihil aliud pter incredulitatẽ obiicit, dicens: Nolite murmurare inuicem. Spiritus est qui viuificat, caro non prodest quicquàm. Id est, vt alias ex Paulo interpretationem colligimus, carnalis & animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus

Actor. 1.

1 Cor. 3.

ſpiritus dei. Spiritualis aũt iudicat oĩa, & quĩ vos carnales eſtis
& carneũ habetis intellectũ, oĩa arbitrantes ex carnali vr̃a pru-
dẽtia poſſe intelligi, verba mea non poteſtis intelligere, qm ver
ba, q̃ ego loquutus ſum ſpũs & vita ſunt, id eſt, talia quæ indigẽt
intellectu ſpũali & viuifico, qualis nõ eſt, niſi in vere credente, id
eſt, in eo dũtaxat, q ea, quæ dixi ſpũaliter intelligit, & myſteria
interioribus oculis inſpicit, verbo dei fideliter inhærens. Quod
dñs approbãs & cauſam red dẽs, quod nõ intelligũt, ait: Sed ſunt
quidã ex vobis, qui nõ credũt, ideoq̃ nõ intelligũt, nec intellige
re volũt nec poſſunt. Quæ eñi in dei ſunt myſterio non aorea, q̃ Eſaie. 7.
credũtur, intelligi poſſunt, dicẽte pinde propheta: Niſi credide Pſalm. 15.
ritis, nõ intelligetis, ſic Dauid ait: Credidi propter q̃d loquutus
ſum. Nõ eñi, qui reſiſtũt, viuificãtur, id eſt, vere & viuifice archa
na dei intelligere poſſunt. Aduerſarŋ eñi radio lucis, q̃ penetrã-
di ſunt, nõ auertũt aciem, ſed claudũt mẽtẽ. Hinc de ŋs deus per
phetã ait: Et oĩes oculos ſuos clauſerũt, ne quando videant Eſaie. 6.
oculis, & auribus audiãt, & corde intelligãt, & cõuertãtur & ſa- Matt. 13.
nem eos. Credãt igitur & aperiãt & illuminabũtur. Quod q ha- Actor. 28
ctenus nõ factitarũt, miſere cum falſis diſcipulis Chriſti abierũt Johan. 6.
retro, & iam nõ cũ illo ambulãt, nimiq̃ cum Pharaone obdurati Roman. 1
ea agẽtes, quæ nõ decẽt. Manẽtibus interim vndecim, id ẽ, pau- Exodi. 10
cis, & ŋs quidem vere dñi diſcipulis, id eſt, pŋs hominibus, ſim-
plicibus, hũilibus, paruulis & plane apud mũdũ ſtultis piſcatori-
bus, qui & ipſi à Chriſto interrogati, an velint & ipſi cũ alŋs abi-
re retro, reſpõdere debẽt. Domine ad quem ibimus? Verba vitæ Matt. 16
æternæ habes. Et nos credimus & cognouimus, q̃a tu es Chrũs
filius dei cuius caro vere noſter eſt cib⁹, & ſanguis vere potus no Joban. 6.
ſter, quemadmodum hinc propediem abiturus tuo potẽtiſſimo
verbo, quo oĩa potes, & promiſiſti, & ſimul promiſſum ineffa Matt. 26
biliter effeciſti, tuosq̃ apoſtolos, eorũq̃ ſucceſſores in tuã pari- Marc. 14
ter memoriã facere iuſſiſti, miſſam tũc ſacroſanctã inſtituẽs, in Lucæ. 22.
qua tantum myſteriũ ſacroſanctæ Euchariſtiæ in tuã comme- 1. Cor. 11.
morationem vſq; ad cõſumationem ſeculi, vt ita & vnicũ tuũ ſa
crificiũ & ſacerdotiũ perpetuaretur, indies religioſe pageretur,
hãc quam callidi, aſtuti, huiusq̃ mũdi prudẽtes temere negligẽ- Pſal. 109.
tes, perinde vt rem abſurdam, & prorſus impiã omni modo de-
honeſtant, & irrident, abominãturq̃, quum interim paruuli tuo
verbo, cui omnis ineſt veritas & potentia, fideles adhærent.

Adeoq̃

Adeoq́ȝ vere, iusteq́ȝ gratias patri cœlesti egeris, dicens: Confiteor tibi pater domine cœli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudẽtibus, & reuelasti ea paruulis. Nec alia est istis reddenda ratio, quam quod sic placitũ fuerit ante te.

¶ Missam impie à nonnullis negligi. Cap. III.

HAec sane verba rectissime in eos dicta sunt, qui sibi & mũdo sapientes, apud deũ, adeoq́ȝ ĩ rebus diuinis, inq́ȝ fidei mysterijs fatui & stulti, obduratiq́ȝ non secus atq́ȝ Iudæi olim perfidi in sacrosanctã Christi carnẽ, hodierno tempore in sanctissimã Missam plusq̃ irreligiose furiunt, insaniunt, scurrantur & debacchantur, in illã vsq́ȝ deo cõtumeliosi, vt pudor obstet, ne totũ hac in parte contumeliaꝝ & iniu-
Roma. 1. riarum sim recensurus. Quàm vero impudenter & impie idipsum
perpetrent, & q̃ sint à deo in reprobũ sensum traditi, paucis de
Exodi. 10 Missa disputaturus ostendã, & quidẽ non ideo, ꝙ putem illos aliquando ad saniorẽ mentem per me redituros, quoꝝ cor, vti impij olim Pharaonis, est induratũ, ipsiq́ȝ peruersi sunt, suoq́ȝ iudicio condemnati, veꝝ vt succurrã infirmioribus animis, eosq́ȝ à scandalo conseruare possim, non diffidens, rã hoc nostrũ propo
Tit. 3 sitũ deo opt. placituꝝ, q̃ illi displiceat, quod tot isti pseudoapostoli pusillos, in hac p̃sertim re tam ardua, tamq́ȝ vetere, tãq́ȝ omni ex parte veneranda & sancta scandalizauerint, nõ immemor dñi terribilia verbi, impossibile est, vt non eueniant scãdala, Væ
Lucæ. 17 autẽ illi per quẽ veniunt scandala. Vtilius est illi, si lapis molaris
Mart. 18 imponatur circa collũ eius, & proijciatur in mare, q̃ vt scandali-
Marci. 9 zet vnũ de pusillis istis. Hinc facile est elicere q̃ pium sit, eiusmodi pusillos à scandalo tutari, eosq́ȝ à peccato & errore dehortari,
Iacobi. 5 ad quod nos Iacobus admonet, dicens: Fratres mei si quis ex vobis errauerit à veritate, & conuerterit quis eũ, scire debet, quoniã qui conuerti fecerit peccatorẽ ab errore viæ suæ, saluabit animã eius à morte, & operit multitudinẽ peccatoꝝ. Quod si ita: quanto magis, si quis curet, ne frater in errorẽ sit casurus? Et hoc si facere quicunq́ȝ tenetur fratri suo, quanto magis cui hoc ex officio incumbit, cuiusmodi est sacerdos, & maxime qui in verbo domi
Actoꝝ. 20 ni laborat, quẽ Christus gregi suo pascendo constituit, quẽ sanguine suo acquisiuit, quẽ si quis ex officio nõ tueretur, isteq́ȝ eius
Ezech. 3 negligentia periret, certũ sit, vt (iuxta prophetã) sanguinẽ e manu eius deus requirat. Et sane confido, ꝙ si quis ea, quæ deo authore,

thore, dicturus sum attente acceperit (nisi omnino sit filius iniquitatis) facile sit perspectuꝰ q̄ ab omni vero alieni sint Missæ sanctæ impij hostes, & q̄ impudenter in deum, eiusq; sanctū verbum blasphemi, criminatores, sacrilegiq; insultēt. Et, vt semel, deo benefortunante, rem aggrediar, hoc primo admonitos velim opt. quosq;, ne à me expectent omniū istorꝫ impiorꝫ hominum ad omnia eorū superuacanea dogmata & conuitia responsionē, quū pius homo, vel me silente, illud genus detestāda oblatramenta perinde vt maxime impia detestet. Igitur ea tantūmodo in mediū ponā, q̄ huius ardui negotij fidei veritatē sunt monstratura, nō sucatura, quippe q; veritas nullo indigeat fuco.

¶Primo omniū scias malignos istos operatios mox à principio rei seipsos perditos & deploratos ostēdere hostes, quū Missam abrogatā voluerint, qui hauddum quid sit Missa, vt debuerant, definierint. Hinc manifeste colligitur, in quanto errore versentur, & q̄ ignauiter alios secū in errorē trahant, interim nec sibi, nec cū alijs suis cōplicibus constantes: nimisꝫ ita suæ impietatis pœnā luentes, non secus atq; qui olim conabant struere ciuitatē & turrim, cuius culmen pertingeret vsq; ad cœlū, vt celebraretur suū nomen anteq̄ diuiderentur in vniuersas terras, quorum stultā superbiā & operationē non aliter deus cōfudit, q̄ istorum qui impie os suū impudentissimū in cœlū ponentes, deū inde & eius sacramenta & sanctos detrudere impie moliti sunt, & scire ea, quæ dei sunt, suis humanis cōmentis adnixi. Atqui deus, q solus est potēs & sapiens, vt ostenderet suā potentiā & indignationē, istocūq; peruersam & impiā machinationē. Venite (ait) igitur descendamus & confundamus ibi linguā eorꝫ, vt non audiat vnusquisq; vocē proximi sui. Et sic cōfuso ipsorꝫ labio, facti sunt inter se confusi, cōtrarij, dispersiq;, quemadmodū & superbi, stultiq; hæretici, qui vsq; adeo in hac impia sua de sacrosancta Missa disceptatione sibi sunt contrarij, vt pene tot impias habeant, & singulas opinationes, quot impij sunt disceptatores. Id quod vel vnum satis est superq; argumento, ipsorum dogma esse à diabolo, & minime à deo spiritu sancto, qui nō est deus dissensionis, sed pacis, sic neq; scriptura sibi potest esse contraria, quæ ab vno & eodem spiritu profecta sit. Est itaq; necessum, vt qui inter se tantopere dissentiunt, diabolicis suis dogmatibus huc vsq; misello populo malitiose imposuerint, idq; ipsum mox à limite per-

Marginal notes: Genes. 11. (beside "bi, nec cū alijs…"); Psalm. 72. (beside "qui impie os suū…"); Genes. 11. (beside "ea, quæ dei sunt…"); Ephes. 4. (beside "bolo, & minime à deo…")

petrarint, nesciēt eius rei, de qua puerse docēt. Quum cōstet, nec ipsos naturam sequutos, qua scimus, omnē, quæ à ratione suscipitur de aliqua re, institutionem, debere à definitione proficisci vt intelligatur, qd sit id, de quo disputetur. Sic angelus aduiæ virgini Christum Iesum ex ea nasciturū denuntiaus, statim nominis
Matt. 1. Iesus definitionem subijcit, inquiēs: Paries autem filium, & vocabis nomen eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Sic Christus, doctor summus, suū corpus discipulis tradens, vt scirēt, quod corpus traderet, & quale, & cuius
Luce. 22 definit diceus: Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Aperto definiens de suo ipsissimo corpore, quod paulo post esset tradendum pro salute humani generis. Hunc igitur vnicum nostrum magistrū sequentes, ne à veri doctoris instituto in multotū errorē, vt schismatici isti, deuiaremus, primo quid sit missa (de hac enī nostra est dissertatio) aperiemus.

¶Quid missa sit. Cap. IIII.

EST igitur missa functio seu (vt ita dixerim) cærimonia sacerdotis, dum in altari Eucharistia conficitur, simul & Christi crucifixi sacrificium annunciatur, quæ Græcis est λειτουργία, qua officium sacrumq́ mysterium intelligunt. Et cuius nomen neq; græcum est neq; latinum, sed plane
Deute. 16. Hebraicum, vtcunq; sint, qui id nomini ab eo, quod per missam fit, missam esse voculam latinam putent, quasi ab emissione dictam, quod tum emitterentur Cathecumini, quū sacerdos esset sacrorum mysteriorum cōfectionem aggressurus, vel à demissione, quoniam à patre, tum ad nos hostia ipsa viua è cœlis demittatur, vel à transmissione, quod per sacerdotem, qui (vt ex a-
Heb. 5 postolo colligitur) mediatoris vice fungitur inter deū & homines, preces & vota, simul & oblationes deo transmittantur, vel à mittendo, quod salutaris hostia, oblatioq́ illa sanctissima mittatur ad deum patrem, vt nobis sit propitius, & quæ petimus cœlestia dona elargiatur, vel à remittendo, quoniam ea finita populus ad sua remittatur. Hinc officians dicit: Ite missa, scilicet hostia Christi ad patrem. Atqui parū refert, vnde deductam hāc missæ vocem arbitremur, an ab emittendo, an à demittendo, an à transmittendo, vel remittendo, vel aliunde. Nā etsi phase (quo Christiana missa significatur (plerique omnes authores transitum interpretentur, alij tamen aliam huius transitus considera-
tionē

tionem faciũt. Quidam enim phase transitum dici putant, quod
tunc populus ex Aegypto versus terram sibi promissam trãsie-
rit. Alij vero placet, quod tum trãsierit angelus per domus Ae- Exod. 14
gyptiorum eisdem percussis. Sic & missę vocabulum originem Deute. 16
variam habere potest, vnde & varie appellari queat, vt & dein- Exod. 12
de latius dicam. Quum vero vocabulum missa nõ sit nuper, sed
ab ipsius ecclesiæ primordijs vsurpatum, omnino temerarium
& impudens fuerit, aliam ei definitionem adhibere, quàm quæ
meriti & sensui illorum, qui primo eam vocem instituerũt, con-
quadret.

¶ Atq; hic scire profuerit, ex ipsis patrum traditionibus aper-
tissimum esse, missam non vnam rem esse simplicem, sed multas
res in se complecti. Missam quidem complecti multa sacra ver-
ba, tam ea, quæ Christus post cœnã protulit, quàm cætera, quæ Matt. 26
per apostolos & viros apostolicos ad eius sacrificij decorem ad- Marc. 14
iecta sunt. Complecti & verborum recitationem sine qua nihil Lucæ. 22.
omnino sit. Per hanc enĩ fit de pane corpus Christi, simul & de
vino sanguis, quæ & propter ea recitatio nõ aliter ad missæ sub-
stantiam, quàm quod maxime, exigitur. Quæ etiam prolatio, si
per idoneum ministrum super pane vinoq; fiat, iam corporis &
sanguinis consecratio est. Quamobrem & panis ac vini præsen-
tia, ad hoc, vt missa peragatur, necessaria est. Complecti insuper 1. Cor. 11.
& representationem mortis Iesu Christi, atq; ita per missæ sacri- Roma. 5
ficium annunciatur aliud. Nimirũ illud, quod in cruce Christus Heb. 9
pro nobis obtulit. Complecti item & preces & commendatio- 1. Petri. 3.
nes tam viuorũ quàm mortuorũ, veluti in vetustissimis patrũ tra-
ditionibus aperto est cernere. Complecti demũ & mutuã incor- 1. Cor. 10.
porationem tam Christi nobis, quàm nostri Christo, quæ nõ tã
efficaciter sola fide fit, quàm per hanc realem corporis & sangui-
nis Christi sumptionem. Quæ quidem oĩa suis proprijs cæri-
monijs in missa representantur, quemadmodum paulo post ex-
emplari quodam indicabim*. Iam suffecerit scire, missam recte
definiri posse, Cærimoniam seu functionem sacerdotis, dum in
altari conficitur Eucharistia, simul & Christi crucifixi sacrificiũ
annunciatur. Sicut enĩ paschalis agni cærimonia seu religio, quæ
sanè rea non paucas exigebat, phase vocabatur, id est, transitus, Exod. 12
sic & Eucharistiæ conficiendæ cærimonia, & eorũ, quæ ante &
post fiunt, missa dicta est.

¶Quis missam instituerit. Cap. V.

Gene.14 Luc.22 Missam vero simplicibus cerimoniis instituit Christus dñs secundũ ordinẽ Melchisedech, quando nouũ testamentũ condens, disposuit hæredibus suis regnũ, sicut pater eius illi disposuit, vt in mensa eius ederet, &
Matt.26 bibant in regno, quod ecclesia consecrauit. Cœnantibus enĩ illis
Marc.14 (vt est in Euangelio) accepit ipse panẽ, & gratias agẽs, benedixit
Luc.22 & fregit, deditq́ discipulis suis, dicens: Accipite, & manducate,
1.Cor.11 hoc est corpus meũ, quod pro vobis tradet. Hoc facite in meã cõmemorationẽ. Hoc nimirũ verborũ cõplexu primo missam, quã dicimus, celebrans, simul quoq́ suis celebrandã cõmittit & iubet
Joban.15 dicens: Exemplũ dedi vobis, vt quẽadmodũ ego feci, ita & vos faciatis, in mei memoriã deinde & ipsi panẽ & vinũ in corpus & sanguinem meũ trãsmutabitis. Qua sane missa Apostoli postea vsi non modo prædicta verba dixerunt, sed & dominicã orationem adiecerunt. Inter quos traditur primus fuisse Petrus, Apostolorũ princeps, qui in partibus orientalibus, vbi post dñi passionem quatuor annis cathedram sacerdotalem tenuit, missam celebrans, deinde quoq́ Antiochiæ episcopus tres orationes adie-
De conse. dist.1.capi. Iacobus. cit. Post quẽ (veluti ex maiorũ traditione intelligimus) diuus Iacobus (ex sexta quidem synodo) frater domini secundũ carnem, cui primũ credita est Hierosolymitana ecclesia. Et Basilius Cæsariensis episcopus, cuius claritas per totũ orbem refulsit, in scri-
De eccle. Hier.ca.3 pturis nobis missæ celebrationem addiderunt. Et constat profecto beatum Dionysiũ Areopagitam Apostolis coætaneum, primæuæq́ ecclesiæ alumnũ, ritũ celebrandæ missæ, qui tum habebatur ex traditione Apostolorum, particulatim descripsisse, mysticumq́ illarũ cerimoniarũ & spiritualem sensum egregie explicuisse, & reliquos deinde Apostolicos viros, vt maior rati esset mysterij solẽnitas & deuotio, peq́ plurima adiecisse, pietatẽ ipsam oppido referentia. Sic itaq́ liquet Christi Iesu institutione formatos cœpisse missam frequentare, suisq́, quos fidẽ docuerunt, tradidisse (attestante Paulo) qui ad Corinthios ait: Ego accepi
1.Cor.11 à domino, quod & tradidi vobis, quoniã dominus Iesus, in qua nocte tradebatur, accepit panem, & cætera. Qua igitur fronte, qua fiducia, qua denique authoritate deplorati nostræ tẽpestatis sacrorum prophanatores, & sanctuarij dei, missam ipsam tanta tẽporis antiquitate roboratã, à Christo institutã, ab Apostolis obseruatam

uatam, ab Apostolorum successoribus & exercitatam & auctã, & continuo in toto orbe Christiano approbatã euertere, abrogareq; moliuntur? Quæ obsecro vnq̃ maior impietas? quæ detestabilior temeritas? quæ fatuitas execrabilior? Sed ne quis putet missam forte deformatã, minusq; piã propter ea, quæ sunt post Apostolorũ tẽpora ob singularẽ deuotionẽ & solennitatẽ à viris tã vita q̃ doctrina præclaras adiecta, libet exemplo eius missæ qua hodierna die dominica vtitur ecclesia catholica, eorũ, quę ad eum sunt modũ adiuncta, seriem paucis ostendere, vnde & pueri valeant de istorũ prophanatorũ iniurijs, quibus isti tã sacrosanctum mysterium afficiunt, censuram facere.

¶ Missam celebraturus ex cõstitutione Celestini primi, se hymnis & confessionibus atq; psalmis expurgat, memor quã sit rẽ sacrã acturus, nimirũ sacrosanctum Iesu Christi corpus in huius memoriam, proq; omniũ salute consecraturus & sumpturus, de quo Apostolus: Probet aũt seipsũ homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Quicunq; enĩ manducauerit panem, & biberit calicẽ domini indignè, reus erit corporis & sanguinis domini. Quid nĩ? quũ dixerit Propheta: Mundamini, qui fertis vasa domini. Huius exemplo & figura, Moses quondã fecit labrũ æneũ, in quo lauabant se sacerdotes in ingressu tabernaculi testimonij, & quando accessuri erant ad altare, quo vtiq; sonoro labro sacerdos confessionis claræ suorum peccatorum, speculis vitæ sanctorum sanctæ admonetur. 1. Cor. 11 Esa. 52 Exo 30 Exo 38

¶ De introitu prima parte missæ. Cap. VI.

EXpurgatus per confessionẽ & solitas orationes, sacerdos orditur primam missæ partẽ, quæ vel ideo introitus, scilicet missæ dici cœpit, quoniã sub ea sacerdos rem sacrã facturus ad altare intrat. Est hæc missæ pars plerũq; semper vel ex Dauidis vel alterius Prophetarũ psalmis & vaticinijs sanctis sumpta vt sacerdos interim cogitet de eis, p quos Christus vaticinatus & desideratus ab eis in hũc mundũ ingressus est, iuxta Paulũ, dicentẽ: Et cũ introduxit primogenitũ in orbẽ terræ, & adorent eũ omnes angeli eius. Debet itaq; sacerdos deuotè cogitare, vt & is sacramentaliter in eũ intret, qui pro nobis mũdum intrauit, deindeq; cœlum, sancta sanctorũ ingressus, iuxta Psalmistam: A summo cœlo egressio eius, & occursus eius vsque ad summũ eius. Et ipse quoq; Christus de se: Exiui (inquit) à patre, Hebræ. 1. Psalm. 18.

K 3 & veni

Iohan. 16 & veni in mūdū, itē relinquo mūdum & vado ad patrem. Additur ex institutiōe Damasi Papæ introitui hymnus, Gloria patri, &c. argumento, deū patrem & filiū & spiritū sanctū habere æqualem gloriam, coæternā maiestatē in principio & nunc & semper & in secula seculorum, id est, in præterito, præsenti, futuroq́ tempore. Et est inibi à deo trino & vno, per sacerdotem beneuolentiæ captatio. Et vt pleriq; omnes rem aperto videant, libet subijcere exēplar omtuū introituū ipso introitu, q̄ hodie vsus est catholica ecclesia, vnde nullus non videre poterit, quā impie hæretici, vel statim à limine missæ debacchent.

¶Inteoitus in dñica Septuagesimæ.

¶Circumdederūt me gemitus mortis, dolores inferni circūdederunt me, & in tribulatione mea inuocaui dominū & exaudiuit de tēplo sancto suo vocem meam. Diligam te domine virtus mea, dominus firmamentū meū & refugiū meū. Gloria patri & filio & spiritui sancto. Sicut erat in principio & nūc & semp, & in secula seculorum. Amen.

¶Expositio.

¶Verba sunt iuxta historiā Dauidis, quæ ille loquutus est domino in die, qua eripuit eum dominus de manu omnium inimicorum eius, & de manu Saul. Et psalmus est de Christo domino
Psalm. 17. quo propheta in spiritu inducit eum ad patrem deum tempore instantis passionis loquentem. Est & tertio quærela, qua Dauid in persona ecclesiæ confitetur se esse in pœna & laboribus propter peccatum, quæ sunt fames, sitis, calor, frigus, lassitudo, ægritudo & mors, hocq́ genus alia. Cæterum, ne iste luctus in nobis tristitiam pariat aut desperationem, quæ mortē operatur, mox subsequitur in versu consolatio. Diligam te domine, &c. Ita q̄d
Iohan. 16 sanē à deo comparatū videri debet, vt in gaudiū vertatur vera
Iacobi. 4 piaq́ tristitia. Hinc Iacobus ait: Miseri estote & lugete & plorate, risus vester in luctū cōuertatur, & gaudiū in mœrorē. Siqui-
Hiere. 31. dem ait dñs: Et cōuertam luctū eorum in gaudiū, & cōsolabor eos & lætificabo à dolore suo. Sic etenī certū est, peccatorem à domino lætificatum iri, vbi pro peccatis, quibus deū offendit, doluerit. Quia vero neutrum horum citra dei misericordiā fieri potest, ideo institutū est, vt fit illico.

¶De Kyrie Eleison secunda parte missæ.

Cap. VII.

¶Post

POst missæ introitū nouena ponitur supplicatio ad imita
tionem noue ordinū angelicorū, & mysticā superſanctæ
trinitatis tertio repetitæ repreſentationē. In qua primū
ter profertur Kyrie eleiſon. Secundo loco, ter Chriſte
eleiſon, & rurſus tertio loco, ter Kyrie eleiſon. Et hæc diuinę mi
ſericordiæ poſtulatoria oratio à Græcis primū ſumpta, etiam a-
pud latinos Græco ſermone profertur, vt iuxta apoſtolū, omīs Philip. 2.
lingua cōfiteatur deo, & eius depromat laudē. Fit præt‹er›ea hæc
trina ſupplicatio ter, & ſic nouies cōtra nouē peccatorū genera,
quæ ſunt, originalia, venialia, mortalia, cogitatiōis, locutiōis, p-
petrationis, fragilitatis, ſimplicitatis, malignitatis. Sunt & alia
inibi myſteria, quæ ab aliis cenſeo petēda. Hāc vero deprecatio
nē primus à Græcis ſumpſit diuus Silueſter, quam & Gregorius
probauit. Significat aūt Kyrie eleiſon, Dñe miſerere, & Chriſte
eleiſon, Chriſte miſerere, vt κύριε Vocatiuus ſingularis fit nomi-
natiui κύριος, ſicut domine vocatiuus eſt ſingularis huius nomi-
natiui dñs, ἐλέησον vero (eſt eñi ἐλεέω miſereor) verbū eſt Græcū
imperatiui modi, ſecūdæ pſonæ pſentis tpis, ſingularis numeri,
haud aliter quàm miſerere apud latinos. Ex quo ſtatim fit pſpi-
cuū Kyrie eleiſon, geminas eſſe dictiones ſemperq; diuiſim atq;
ſeparatim ſcribēdas & proferēdas, ſimiliter & Chriſte eleiſon,
duas eē voces disiunctim ponēdas. Fuit aūt hoc deprecādi ver-
bū ſanctiſſimis patribus omīno tritū, quoties ſibi deū recōcilia- Psalm. 30
re conabātur. Qua orōne dicta ſacerdos in pſona eccleſiæ, quam 55. et 56.
in omnibus refert, in vera ſpe p ſpiritū animatus incipit, deinde Eccle. 36.
deū nō minus orare q̄ glorioſe laudare, id quod eſt. Esaie. 33

¶De gloria in excelſis deo, &c. tertia parte miſſæ.

Cap. VIII.

SEcunda pars miſſæ incipit. Gloria in excelſis deo. Et in
terra pax hominibus, bonę voluntatis. Laudamus te. Be
nedicimus te. Adoramus te. Glorificamus te. Grās agi-
mus tibi, propter magnā gloriā tuā. Dñe deus rex cœle-
ſtis, deus pater omīpotēs. Dñe fili vnigenite, Ieſu Chriſte & ſan
cte ſpūs Dñe deus, agnus dei, filius patris. Qui tollis peccata mū
di, miſerere nobis. Qui tollis peccata mundi, ſuſcipe deprecatio
nem noſtrā. Qui ſedes ad dexterā patris, miſerere nobis. Quo-
niam tu ſolus ſanctus, tu ſolus dñs, tu ſolus altiſſimus Ieſu Chri-
ſte. Cum ſancto ſpiritu, in gloria dei patris Amen.

¶Expo-

¶Expositio.

¶Hæc dei laus sacris vndiq; literis consona, indeq; (vt patet) acceptus dicitur hymnus angelicus, denominatione sumpta ab eius principio, quod in natiuitate angeli post apparitionẽ factã
Luc.2 pastoribus concinuisse sunt auditi, vt testatur Euangelista, dicẽs: Et subito facta est cũ angelo multitudo militiæ cœlestis, laudantium deũ atq; dicentiũ: Gloria in altissimis deo. Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Reliqua vero præsentis hymni præconia à Symmacho papa adiecta referũtur, pietatis in deũ (vt audire est) & religionis plenissima, in quibus, quoniã angelica voce gloria deo exhibendo prædicatur esse, idcirco sancta ecclesia, totaq; fidelum cõgregatio quintuplici laude protestatur se gloriã deo impendere, dicens: Laudamus te, benedicimus te, adoram' te, glorificamus te, grãs agimus tibi propter magnã gloriã tuã. Et quoniam hæc oĩa ad deũ singulariter sermonẽ dirigentia, ad insinuandũ diuinæ substantiæ pertinent vnitatem, idcirco subiungitur vnius dei inuocatio, tribus personis cõmunis, hisce verbis. Domine deus rex cœlestis. Non enĩ ea denominatio, aut patri propria est, aut filio, aut spiritui sancto, sed ipsis omnibus indifferens. At quoniã cũ vnitate diuinæ naturæ, cõfitenda est etiã super sanctam personarum Trinitas, ipsa proprijs deinde nominibus exprimitur, veluti clare est suo in loco videre. Hac vero in parte non est ignorandũ, catholicã ecclesiã, Leone papa adstruente, hodierna dominica, quæ septuagesima dicitur, vel ideo intermittere hunc hymnũ, Gloria in excelsis: quoniã (vt & alias diximus) canticũ sit lætitiæ, vti & Alleluia, & Te deũ laudamus, quod hodie obmittitur, & per totã septuagesimam, quia in ea ipsa ecclesia suũ recolit statũ, quo populus Israel, siue genus humanum
Psal.89. deiectum est in hanc miserã vitam, quæ, vt plurimũ, septuaginta
Gene.3 annis finitur, recolitq;, inquam, Ecclesia tempus quo nondũ fuit redemptũ, & quo homo ob peccatũ veteris hominis à conuen-
Psal.136 tu angelicæ iubilationis expulsus in huius miseræ vitæ Babylone sup flumina eius sedet & flet, dũ recordatur illius Sion, in qua, canente propheta, deũ decet hymnus. Videtur aũt ecclesia hanc
Hiere.7. salutarem consuetudinẽ instituisse, mota ex verbis Hieremiæ in persona domini dicentis: Faciam quiescere vocẽ gaudij, & lætitiæ vocem sponsi & sponsæ, siquidẽ sponsus à nobis abierit. A septuagesima igitur, quũ prothoplastus lapsus est, catholica ecclesia

sia Gloria in excelsis & Alleluia, & quæ hoc sunt similia lætitiæ cantica, nouem hebdomadis. s. vsq; ad pascha obmittit, quod cũ Christus resurgens à mortuis tristitiam nostrã, ipso teste, in gaudium vertit, nobisq; Alleluia reddit, quemadmodũ (vt deus annuerit) suo tempore latius prosequemur. Johan. 16

¶De salutatione, Dominus vobiscũ. Cap. IX.

SAcerdos aũt, finito hoc ad deũ hymno, optans salutando ait ad populũ, Dominus vobiscũ. Cui modo optandi respondetur, Et cũ spiritu tuo. s. sit. Quæ quidẽ spiritualis salutationis forma in missæ celebratione frequens, desumpta est, ex ipsius sacræ scripturæ schemate, modoq; loquendi, in qua sæpius legitur hæc boni imprecatoria salutatio. Siquidẽ angelus dixit ad Gedeõ: Dominus tecũ, virorũ fortissime. Et Booz vir Bethlemita salutans messores suos, ait: Dominus vobiscum. Qui contra, Benedicat tibi dominus. Sic angelus ad Mariã: Dominus tecũ &c. Et Christus ad apostolos post resurectionẽ ait: Pax vobis: quod idem notat. Hac aũt optatione vtitur ad populũ sacerdos, vt ipsum reddat attentũ, mensq; eius ad deum dirigatur, quo illo orationi, quam pro toto populo & in omniũ persona sit facturus, effectũ tribuat. Hinc & à populo respondetur more apostoli ad Timotheum, & cum spiritu tuo. s. sit dominus. Q. d. quia tu pro nobis omnibus ex officio habiturus es orationẽ ad deum, optamus & dominũ esse cum spiritu tuo, vt deuota mente, quod petes, ab eo impetremus vnanimiter, sine quo nullum est bonum, sed omnia bona ab eo. Ille ergo per gratiam suã sit cum spiritu tuo, ita, vt qui tecum est in ore, sit & in corde & in te maneat. Quo facto, sequitur.

Judi. 6 · Ruth. 2 · Luc. 1. · Johã. 20 · 2. Tim. vl.

¶De Collecta quarta parte Missæ. Cap. X.

SVbsequitur post fraternã salutationem & responsionem pars Missæ quarta, quã Collectã dicunt, quod sacerdos in se nihil confidens orationẽ ad deũ perinde atq; omniũ syndicus habiturus vniuersalẽ secũ colligit ecclesiã, dicẽs & adhortans: Oremus, & hoc Christi instituto, q orate monens discipulos, dixit: Orate ne intretis in tentationẽ. Sic sacra hortatione sacerdos syndicus, cæteris mẽte orantibus, solus orat, sicut & Christus orauit, q fecit & docuit. Oratione vero finita, respõdet ecclesia, vel q eius vicẽ repræsentat, Amen. i. fiat. Dictio ex sacris literis sumpta & est hebraica, Vnde in Deute. Maledictus, q

Marc. 14 · Luce 22. · Actorũ. 1. · Deute. 27

 non

Tobiæ.9 non permanet in sermonibus legis huius, nec eos opere perficit. Et dicit omnis populus, Amen. Sic & in Tobia, cũ Gabelus dixisset benedictionẽ, dixerunt omnes, Amen. i. vt fiet et hæc ipsa benedictio in effectu. Sic vbi sacerdos in persona totius ecclesiæ orationẽ, quæ vulgo Collecta dici solet, cõpleuit, ecclesia optãs, ait: Amẽ. i. fiat, quod precatus es, deusq́ per suam misericordiã largiatur, & hoc quidẽ per Iesum Christũ filium suũ, qui cum eo viuit, regnatq́ in vnitate spũs sancti deus, per omnia secula seculorum. In hoc enĩ nomine ecclesia quascũq; ocationes suas ad deum dirigit & claudit ex præcepto domini, dicentis: Amen amen
Johan.16 dico vobis, si quid petieritis patrẽ meum in nomine meo, dabit
Roma.5 vobis. Siquidem ille fit Iesus, per quẽ (vt ait apostolus) accessum
Ephes.2 habemus ad patrem. Cui & Iohannes astipulatur, dicens: Aduo
1.Johan.2 catum enĩ habemus apud patrem, Iesum Christũ iustum, & ipse est propiciatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiã totius mundi, qui interpellat pro nobis, & exauditur pro sua reuerentia. Id quod Christus ipse testatur, inquiens:
Johã.14 Nemo venit ad patrem, nisi per me. Orat ergo hodie sacerdos in Missa in persona totius ecclesiæ ad hæc verba.

¶Oremus. f. fratres charissimi. Preces populi tui, quæsumus domine elementer exaudi, vt qui iuste pro peccatis nostris affligimur pro tui nominis gloria, misericorditer liberemur, p Christum dominum nostrum, &c. Amen.

¶Expositio.

¶Breuis est, nec minus & deuota oratio, in qua ecclesia suas afflictiones, & recte quidem suis peccatis ascribit, seq́; ipsam iuxta scripturam primo accusat, à quibus tamen afflictionibus se non
Prouer.18 suis meritis, quæ nulla sunt, liberatum iri expostulat, & hoc qui-
Luc.5 dem in dei gloriam. Dei enĩ est gloria, à peccatis & periculis liberari, quod (vt aliàs dictum est) nemo potest, nisi deus. Desumpta
Psalm.78 est hæc oratio ex psalmo Dauidis, ad hunc modũ: Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum, cito anticipent nos misericordiæ tuæ, quia pauperes facti sumus nimis. Adiuua nos deus salutaris noster, propter gloriam nominis tui dñe libera nos, & propicius esto peccatis nostris, propter nomen tuum. i. fer opem deus saluator noster, da gloriam nomini tuo nos liberando, da veniam delictis nostris, quia nomen tuum saluator & misera-
Daniel.9 tor. Sic Daniel orat: Propter temetipsum inclina deus meus aurem

cem tuam & audi. Neq; eñ in iustificationibus nostris prosternimus preces ante faciem tuã, sed in miserationibus tuis multis. Valeat ergo qui huiusmodi ecclesiæ preces vel tantillũ cauilletur quum tam sancto & firmo nitantur fundamento, s. sanctæ scripturæ. Illis orationibus finitis, subsequitur.

¶De Epistola, quinta parte Missæ. Cap. XI.

Recte post oratione epistola (quæ latine missio dicitur, vel id quod vltra viuam vocẽ alicui denuntiatur) locũ tenet, quũ dominus dixerit: Rogate dñm messis, vt mittat operarios suos in messem suã. Siquidẽ noie epistolæ venit aplorũ doctrina, sicut lectionis prophetarũ prophetia, qua hoĩes docentur perinde instructione & interpretatione quadam Christi verbũ, quod paulo post subsequitur in Euangelio. Nimirũ argumẽto, vt in ecclesia sint loco aplorũ, qui simplici populo recte Christi Euãgeliũ iuxta scripturã apostolorũ vel Christi exponant, sensum illius genuinũ eruant, quo is suã vtilitatem capiat, quod certe vix fieret sine interprete doctore. Hinc potẽs ille vir Aethiops, Eunuchus, Candacis reginæ Aethiopũ quæsitus, an locum Esaiæ intelligeret, quẽ nunc legeret, respõdisse traditur, Et quomodo possum, si non aliquis ostenderit mihi? Rogauitq; Philippũ, vt ascenderet & sedet et secum, vtpote vti doctor. Sic (teste Paulo) Christus cœlũ ascendens, dedit quosdã quidem apostolos, quosdã autem prophetas, alios vero Euangelistas, alios aũt pastores & doctores ad cõsummationẽ sanctorum in opus ministerij, in ædificationẽ corporis Christi, donec occurramus omnes in vnitatẽ fidei & agnitionis filij dei. Sic nimirum rite & sapienter catholica ecclesia institutũ, primis apostolorum successoribus id ordinantibus, vt in omni officio Missæ sacerdos oratione iam gratiam in fide nactus populo, saltem latinæ intelligenti diebus operarijs, legeret alicuius apostoli vel prophetæ, vel epistolam, vel lectionem perinde subsequentis sacrosancti Euangelij expositoriam, quæ & tam tempori & causæ & orationis statui, q̃ Euangelio ipsi quadret. Ita nimirum hodie, quia ecclesia ex animo luget de suo in peccatum casu, deq; huius lachrymarum vallis miserijs, ne desperet in eiusmodi luctu, mox instructa à spiritu sancto legit Euangelium, quo triplex remedium, & epistolam apostoli, qua triplex continetur præmiũ, atque sic, vt post luctum & tristitiam sequatur lætitia, & post te-

Lucæ. 10
Actorũ 8.
Ephes. 4
Johan. 16
Job. 17

nebras speretur lux. Sane si ecclesia vult ab ijs doloribus & mise-
Matt. 20 rijs, de quibus luget, liberari, debet iuxta hodierni diei Euangeliũ, vt audiuimus, in vinea animæ suæ laborare, abscindere vitia, & peccata, deinde in stadio vitæ (vt est in Epistola) currere per pœnitentiæ opera, deincepsq; viriliter in agone pugnare cõtra oĩa diaboli tentamenta, id quod si fecerit, triplex habebit præmium quia laboranti dabitur denarius, currenti brauium, pugnanti corona. Verum ne terreas onere, mox ostendit Paulus præmiũ in
1. Cor. 9 hodierna epistola quæ est:

¶Fratres, nescitis, quod hi, qui in stadio currũt, oẽs quidem currũt, sed vnus accipit brauiũ. Sic currite, vt comprehendatis. Oĩs eñ q in agone cõtẽdit, ab oĩbus se abstinet Et illi qdẽ, vt corruptibile coronã accipiãt, nos aũt incorruptã. Ego igit sic curro nõ quasi in incertũ. Sic pugno, nõ quasi aerẽ verberans, sed castigo corpus meũ, & i seruitutẽ redigo, ne forte cũ alijs pdicauerim, ipse reprobus efficiar. Nolo eñ vos ignorare fratres, qm patres nostri oẽs eã mare transierunt, & omnea in Mose baptizati sunt in nube & in mari, & oẽs randẽ escã spiritualem manducauerunt, & oẽs eundẽ potũ spiritualẽ biberũt. Bibebãt aũt de spirituali consequente eos petra, petra aũt erat Christus.

Matth. 3

EXPOSITIO.

¶Vide q̃ concinne dictis quadret tota epistola, in qua currẽtibus. s. per fructus pœnitentia dignos, hoc est, per bona opera, Paulus promittit brauiũ, id est, præmiũ currentiũ, quod est bea-
Matt. 19 titudo æterna, vel regnum cœloꝝ, siquidem à Christo respondetur Petro roganti: Ecce nos reliquimus oĩa, & sequuti sumus te, quid ergo erit nobis? Centuplum accipiet, scilicet quialiquid dictoꝝ nomine meo fecerit, & vitam æternam possidebit. Vnde se Ecclesia optime potest consolari in medio tribulationum. Epistola finita sequitur.

¶De graduali siue responsorio, sexta parte missæ. Ca. XII.

Psal. 83 POST epistolam subsequitur canticũ, cui nomẽ vulgo Graduale seu responsoriũ, ita appellatum, quod monemur perinde graduatim de virtute in virtutẽ ire, quẽad
Exo. 18 modum filij Israel de mansione in mansionem processe-
Esa. 4 eunt, vt tandem videat deus deoꝝ in Syon, quæ est Hierusalem mater nostra sursum. Dici quoq; solet responsoriũ, quod attinet ad opera actiuæ vitæ, quo monemur, vt operibus respondeamus ijs,

mus his, quæ præcedens epistola præscripsit, & respondeat epistolæ in materia, siquidem si epistola fuerit de lętitia, sit & graduale de lætitia, si de tristitia, sit & de ea graduale. Ne alioqui locum habere possit, quod à domino dictum est: Cantauimus vobis & non saltastis, lamentauimus & non plorastis, quandoquidē Apostolus dicit: Gaudete cum gaudentibus, & flete cum flentibus. Sic recte hodie canitur Graduale. Matth. 11 Lucæ. 7 Roma. 12.

¶ Adiutor in opportunitatibus in tribulatione, sperent in te, q̄ nouerūt te, q̄m non derelinquis quęrētes te dn̄e. Ver. Quoniam non in finem obliuio erit pauperis, patiēn a pauperū non peribit in æternum: Exurge domine non præualeat homo.

EXPOSITIO.

¶ Est autem graduale hoc desumptū ex deuotissimo Prophetæ Psalmo, in quo, quia in prioribus missæ partibus ecclesia lamētata est, de suis in hoc mundo miserijs, laboribus, paupertatibus, calamitatibus, non absurde subsequit consolatio per adiutoriū in illis tribulationibus, quæ nimirū opportunæ sunt & vtiles homini, quoniam faciunt nos recordari æternorū gaudiorū in primisq̄ ad deum vnicum adiutorem currere, quemadmodum late nuper docuimus. In hoc itaq̄ graduali ecclesia tribulata, & paululum refocillata, ait: Christus dominus populo inopi, & oppsso factus est auxiliator, cum opportunum fuit & tribularetur. Hęc intra se loquens, mox ad Christum apostrophat, inquiens: O super benedicte domine non in terrenis & transitorijs bonis, sed in te spem suam collocent, qui te fide apprehenderunt, & nomine tuo nominati sunt, quia nunquā deseruisti eos, qui te quærere volunt, qui te volunt imitari. Rursus intra se dicit in ipso versu: Quia Christus dominus nō in perpetuum obliuiscetur paupertatis & oppressionis populi sui, spes & longa expectatio martyrum & afflictorum suorum non frustra abiit in perpetuum. Veni Christe Iesu, fer opem de dextera patris, haud inualescat, non præualeat in nos hominis potentia. Videat modo pius homo, quid & in hac missæ parte à vera religione dissonum ponatur, quæ dicitur, ratione præfata, graduale, quod plerunque semper ex Prophetæ Psalmis desumptum à diuis, Gregorio, Ambrosio, & Gelasio, & ad missam in sexta parte legi & cantari est institutum. Id quod & eisdem authoribus sequitur canticum, cui nomen. Psal.

¶De Halleluia vnà cum versu septima parte missæ.
Caput XIII.

QVoniam plerũq; in graduali cantico, vt dictum est: ecclesia de suis peccatis, tribulationibus, & angustijs luget consonũ est, vt deinde lętet, siquidem Christus adixerit: Beati qui lugent, quoniã ipsi consolabunt. Matth. 5 Jacobi. 4 Hinc & Iacobus monet: Lugete & plorate, risus vester in luctũ cõuertat, & gaudiũ in mœrorẽ, ideo statim subiungit Halleluia. Canticum in se gaudij & lætitiæ. Qui enĩ linguæ Hebrææ periti sunt, illiusq; legis & documenta callent, censent id vocabulum duas in se dictiones iotegras complecti, quarũ prior est trisyllaba in principio adspirata, & in secunda syllaba per simplex l scribẽda. Sic Hallelu. secũda vero apud Hebræos monosyllaba est, nã i & a coalescũt apud eos in vnã syllabã, apud Græcos vero posterior illa dictio dissyllaba est, q̃d hi duas illas vocales i & a semper seiunctim & separatim proferunt. Latini vero in prædictæ dictionis prolatione secundũ vulgatũ vsum Græcorũ morẽ magis imitantur. Significat aũt Halleluia tantundẽ, sicut laudate dominum. Nam Hallelu verbum Hebræum, laudate signat. Ia vero nomen dei est, significãs dñm. Est id nominis à sacris eloquijs Thobi. 13 acceptũ. In Thobia enĩ legit: Ex lapide candido & mũdo omnes plateæ eius sternent, & per vicos alleluia cantabit. Et in Apoca- Apo. 19 lypsi: Post hęc audiui quasi vocẽ magnã tubarũ multarũ in cœlo dicentiũ: Halleluia. Laus & gloria & virtus deo nostro. Verũ toto tẽpe intermedio à quinquesima vsq; ad Pascha, ecclesia catholica prętermittit illud canticũ lętitię vnà cũ suo versu, qui & ipse spræ se fert lętitiã cum suis verbis, vt luctũ pœnitentiæ pro peccatis expiandis adsumat, prohibetq; in officio ecclesiastico certis illis diebus dici, eiusq; loco substituit. Laus tibi domine rex æternæ gloriæ, idẽ explicans, nisi quod allelula vox hortet fideles ad laudandũ dñm, & suapte quidem natura quid lętitiæ in se contineat & depromat, queadmodũ (vt dicam in exemplo) quũ in signum gaudij aliãa inclamitant, prę̄sertim apud Italos, viuat, viuat, viuat. Apud Germanos io, io, io, fro, fro, fro. Altera vero latina sententia, illius vicaria, dirigit simpliciter sine nota lętitię ad deũ sermonem, & laudem petit illi impendi. Vice aũt huius cantici lætitiæ hoc tẽpore luctus substituit Thelesphorus papa canticum quod appellari solet Tractus.

¶De tra

¶De Tractu vicario Halleluia. Ca. XIIII.

TRactus, loco Halleluia cantici lætitiæ institutus canticum est lachrymis & plenũ lamentationibus à trahẽdo, quod tractim, id est, cum asperitate vocũ & prolixitate verborũ cani assolet hocq́; pacto miseriã & laborẽ pṡentis incolatus insinuãs. Vnde diuinus Psaltes: Hei mihi, qa incolatus meus prolongatus est. Sanè in tardis tractatibus reprẹsentať longa sanctorũ patrum expectatio, & Iudæorũ captiuorũ mœror & afflictio, qui tempore Babylonicẹ captiuitatis sedentes sup flumina Babylonis & flentes in salicibus sua organa suspẽderunt. Cuius tẽporis hodie vsq; ad pascha meminit ecclesia, interimq́; suspiria trahit lamentaturq́; ob longiorẽ incolatũ huius lachrymarũ vallis præ nimia in supernã patriã dilectione, hocq́; ipsum non immerito, quãdoquidẽ & Paulũ, vnũq; sanctissimũ huius vitæ tæduit, dicentẽ: Desideriũ habens & esse cũ Christo, & cætera. Et alibi: Scimus enim, quoniã, si terrestris domus nostra, huius habitationis dissoluať, quod ædificationem ex deo habemus, domũ non manu factam, sed æternam in cœlis. Nam & in hoc ingemiscimus habitationem nostram, quæ de cœlo est, super indui cupientes, si tamen vestiti & non nudi inueniamur. Nã & qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus grauati, eo quòd nolumus expoliari, sed superuestiri, vt absorbeatur quod mortale est à vita. Audentes igitur semper & scientes, quàm diu sumus in hoc corpore, peregrinamur à domino. Audemus autem & bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore & præsentes esse ad dominum, & ideo contendimus, siue absentes, siue præsentes placere illi. Hinc Dauid: Hei mihi, quia incolatus meus prolõgatus est. Sic Thobias ille senior videns calamitosum sui temporis statum, ait: Quoniam non obediuimus prẹceptis tuis, ideo traditi sumus in direptionem & captiuitatem & mortem & fabulam, & improperium omnibus nationibus, in quibus dispersisti nos. Et nunc domine magna iudicia tua, quia non egimus secundum præcepta tua, & non ambulauimus synceriter coram te. Et nunc domine secundum voluntatem tuam fac mecũ, & præcipe in pace recipi spiritum meum. Expedit enim mihi mori magis quàm viuere.

Psal. 119
Psal. 136.
Philip. 1.
2. Corin. 5.
Psal. 119
Thobię 3.

¶O Thobia qd si hac nostra viueres tẽpestate, tã omi calamitate plena, in qua nihil plane est qd sibi cõstet, in quã certe, iuxta

1. Cor. 10 Apostolum, fines seculorum deuenerunt, in quibus (iuxta domini prædictionē) iniquitas abundat, multorumq; charitas refrigescit.
Mat. 24 Pestilentiæ sunt & fames & terræmotus per loca. Nec superest
Marc. 13 aliud q̄ dies illa nouissima, ea q; tremenda, in qua (teste domino)
Luc. 19 pleriq; s. male agentes, clamabunt ad ipsos montes, dicētes. Ca-
Luc. 23 dite super nos ô montes, & collibus: operite nos. Quid enī aliud,
Esaie 54 quando prorsus in maligno cōtra deum & eius sanctos mundus sit positus, de quo aliàs multa. Iamvero charissimi fratres, videa-
1. Thess. 5 mus (admonente apostolo) ne nos dies illa horribilis tanquā fur comprehendat. Quam proculdubio in spiritu vitabimus, si & ipsi hodie, ecclesia hortante, tot periculis propter peccata circumdati septuaginta illos annos miserrimæ nostræ vitæ per pœnitentiæ fructus luxerimus, gemitus ad deum & suspiria ex animo
Psal. 129 traxerimus, cantantes cū sancto Dauide huius diei tractum.

¶De profundis clamaui ad te domine, domine exaudi vocem meam. Fiant aures tuæ intendentes in orationem serui tui. Si iniquitates obseruaueris domine, domine, qs sustinebit? Quia apud te propiciatio est, & propter legem tuam sustinui te dñe.

¶Expositio.

¶Psalmus est Dauidis, quo is populū sanctum in spiritu inducit orantem ad deū, de intimis præcordijs, deq; profunda mente ad te vociferaui domine, domine suscipe precē meā. Aperi dñe tuæ exauditionis auditū vociferationi supplicatiōis meæ. Si peccata populi tui retinueris dominator immēse, si nō remiseris, qs poterit subsistere, quis te poterit implacatū perferre? Quia vero tu dñe propiciabilis, misericors & peccata relaxans, & q lex tua id docet & demonstrat, ego in te cōfidi. Sic ergo ecclesia innuit lamentabiliter in gemitibus & suspirijs trahere vitā suā de profundis peccati vel pœnæ. Vbi tamen ad cōsolationē verba misericordiæ interponit, q̄ vnicuiq; lugenti propter peccata succurrere debeat, quandoquidē propheta loquit: Iuxta est dñs ijs, qui
Psalm. 33 tribulato sunt corde, & humiles spū saluabit. Multæ tribulationes iustorū, & de oībus ijs liberabit eos dñs. Hinc, vt homo Christianus certam spem suæ à deo ex tribulationibus redemptionis concipiat, post carmen luctuosum legi curauit Euangelium, omnis consolationis plenum, quod sequitur.

¶In verba Matth. XX. Aut non licet mihi quod volo facere? Cap. XV.

Scite

SCite admodũ & sancte catholica ecclesia, quæ à spũ san-
cto gubernatur, parabolam hodierni Euangelij hodierna
dominica legendã instituit. Quæ em̃ hactenus multa ex-
ultauit lætitia ob gratiosissimam suorũ filiorum vocatio-
nem ad æternã salutem possidendã, quæ primo facta est per in- Johan. 3.
carnationem Iesu Christi dñi nostri, qui ad eã salutem venit vo- Matt. 9.
care, nedũ iustos, sed & peccatores: nimirũ, qui omnes homines 1. Timo 2
vult saluos fieri, & ad agnitionẽ veritatis peruenire, hæc eadẽ vi
denstã multos se ea salutari vocatione indignos reddere & ple-
rosq; oẽs ita rursus coinquinationibus mundi implicari, adeoq;
post agnitionem retrorsum conuerti ab eo, quod illis traditũ est
sancto mandato, vt (teste Petro) melius fuisset non cognoscere 2. Petri. 2
viã iustitiæ, & facta sint ipsorũ posteriora, quod & Christus alibi Matt. 12
docet, prioribus deteriora, adeoq; vt totus ille Adam reuersus vi Lucæ. 11.
deatur per lapsum ipsius ex paradiso in hanc miseriæ vallẽ pro-
pter eiusdem peccatũ, in qua in omni dolore & calamitate plus
minus septuaginta annis (totidem em̃, Dauide attestante, anni Psal. 89.
sunt vita hominis naturaliter viuentis vsq; ad decrepitã ætatẽ)
homo in luctuoso viuit exilio. Hæc eadẽ, inquã, ecclesia videns
huiusmodi suorũ filiorũ relapsum, caneq; (iuxta prouerbiũ) ad su Prou. 26
um vomicũ reuerti, suemq; lotã in volutabro luti reuolui, acer- Esaiæ 18
be incipit dolere, gemere, tristariq;, hocq; ipsum doloris, gemi- Hiere 48
tus & tristitiæ per totã septuagesimã, quæ hodiernæ dominicæ
nomen imponit, vniuerso habitu repræsentat, nimirũ & vesti-
menta & cantica lætitiæ in vestimenta & cantica luctus & mœ-
roris cõmutans, interim recolens vitã hominis, quæ septuaginta
terminatur annis, nõ minus esse peccatis & sceleribus occupatã, Exod. 14
& à diabolo captã, q̃ fuerit olim capti misera captiuitate Babylo 4. Re. vi.
nica, quæ (vt scriptura docet) septuaginta durauit annis, figura
vtpote septuaginta annorũ vitæ humanæ, in qbus homines mũ-
dani violenta captiuitate per opera peccati, diabolo non secus
atq; olim Iudæi Pharaoni Aegyptiaco, qui membrũ fuit & figu
ra diaboli, subijciuntur & premunt. Quemadmodũ igitur Iudæi Psal. 136
per fletum & suspensionem organorum & canticorum suorum, Esdræ. 1.
hoc est, per subtractionem omnis carnalis lætitiæ & voluptatis,
per misericordiam dei à Cyro rege Persarũ liberi permissi sunt
ex tam dura captiuitate redire in natale solum atq; ciuitatem su-
am Hierusalem repetere, ita & ecclesia sancta per subtractionem

genialium voluptatum, quæ fieri singulariter debet in iis septu-
agintadiebus, & per planctum pœnitentiæ confidit, deo mise-
rante, cum suis pariter filiis à diabolica captiuitate se liberatum
Galat. 4. iri, atq; tandem reditutam tempore paschatos ad mysticã illã
Hierusalem, vitam. s. virtuti & bonis operibus deditam, quę tan-
dem ducat ad ipsam (quæ sursum est mater nostra) cœlestē Hie-
rusalem, vti aliàs in libro responsorum copiose ostendimus. Ne
autem aliquis filiorum de hoc suo proposito fiduciario diffidat,
& proinde desperet, quasi non adsit remedium, quo id facere li-
ceat, præsertim quod multis maior pars suæ vitæ septuaginta
annorũ in peccatis & iniquitatibus iam nuper transierit, quasi iã
tandē sit sera nimis pœnitentia, ideo hodie censuit vt legeretur
in veram totius huius diffidentiæ cõsolationem tale.

¶De Euãgelio octaua parte Missæ. Cap. XVI.

EVangelium, pars Missę octaua, & eorũ, quæ eò attinent,
omnium præcipua, cui reliquę partes omnes cõsentiũt,
intellectuq; cõsono respondent, ex institutione ecclesię
nunc post graduale & tractũ, vtpote (vt ostēdimus) can-
ticum lamētatione, luctuq; plenum, vel ideo legitur, vt homi-
nē de suis peccatis mœrētem consoletur, & ad firmã veniæ adi-
piscendæ spem erigat, gratiamq; de peccatis plenã promittat &
denuntiet, hocq; ipsum ex officio suo satagit. Euangelion enim
est rei bonæ, lætæq; nuntium. Quæ definitio ex iis verbis collig-
Roma. 10 itur: Quàm pulchri pedes euangelizantium pacē, annuntiantium
Luc. 2. bona. Quid boni aut gaudii nuntiat? Certe ipsum cũ angelo alàs
nuntiat, dicēs: Nolite timere, Ecce em̃ euangelizo vobis gaudi-
um magnum, quod erit omni populo, quia natus est nobis hodie
saluator, qui est Christus dominus in ciuitate Dauid. Ipsum er-
go Euangelium nobis Christum esse natum nuntiat, quo nun-
tio nihil possit nuntiari melius, nihil optatius, nihil lætius. Hoc
em̃ nuntio nihil aliud nuntiatur nobis, q̃ verus à captiuitate re-
Matth. 1 demptor, à mortis peccato saluator, liberator, seruator, adfirmã-
te angelo, dicēte: Pariet autem filium, & vocabis nomen eius Ie-
sus. Ipse em̃ saluum faciet populum à peccatis eorum. Siquidem
cuius nomen sit Emanuel, quod est interpretatum, nobiscum de-
Esaiæ. 7 us. Est ea propter hauddubie Euangelium mundanæ conuersa-
tionis mors, vitæq; æternæ origo & fundamentum. In quo (vt
Ephes. 1 Paulus scribit) nostra est salus, quoniam verbum sit veritatis, pa-
cis,

eis, viæ, vitæ, libertatis, lætitiæ, salutis, gratiæ & redemptionis, Iohã. 14
quandoquidem quod Christum nuntiat & doceat, qui via, veri-
tas, vita, salus, nostraq́; est redemptio, à quo gratiose ex bello p-
petuo, ex durissima seruitute, ex luctu indeficienti, ex summa p-
ditione, ex miserrima captiuitate, exq́; teterrima morte creden-
tes liberamur. Id quod totum nobis nuntiat Euangelium, & do-
cet omnem ad bene beateq́; viuendum normam, per quam tan-
ti nuntij esse compotes efficimur, duorum præcipue fructuum, Lucæ. 14
quibus cæteri infiniti complectuntur (& in primis fides, spes, cha Gala. 5
ritas) pœnitentiæ scilicet & peccatorum remissionis per fidẽ in
charitate operantem, admonens: Ad quæ duo prędicandũ Chri
stus Opt. suos in mundum misit discipulos, qui toties nobis tam
bonum, lætumq́; nuntium denuntiant, quoties in Missa ipsa vel
alias nobis legitur præ dicaturq́; Euãgelium. Id quod clare insi-
nuat sacerdos, inquiẽs: Sequẽtia sancti Euãgelij. s. sunt verba se-
cũdum. N. vel. N. in quibus vere promittitur & nũtiatur nobis
à deo gratia, pax, gaudium, vitaq́; cum summa felicitate æter-
na. Hanc igitur sacerdotis vocem de tam læto nũtio audiẽtes au
ditores summa humilitate dicere debẽt, Gloria tibi domine. Ni
mirum soli deo domino nostro totius redemptionis nostræ glo
riam ascribẽtes, interimq́; rogantes, vt ea gloria, quæ in Euãge-
lio prædicatur, secũ sine fine permaneat & semper crescat. Quo
facto, se signo crucis adsignent munimento cõtra diabolum, ne
fructum verbi impediat, in fronte, innuentes se non erubescere
crucifixum credere, eumq́; habere deum & dominum, cuius li-
bet legitur. In ore, significãtes se audacter prædicare crucẽ do-
mini. In pectore, notãtes se libẽter compati nomine Christi, se-
q́; velle verba Euãgelij nõ minus habere in pectore & mente, q̃
ore, ne in se retorqueri possit hoc prophetæ: Populus hic labijs Esaiæ 29
me honorat, cor aũt longe est à me. Id quod nõ facit ad gloriam Matt. 15
dei & ad nostram salutem, quandoquidem scripserit Iacobus: Iacob. 1.
Estote autem factores verbi, & nõ auditores tantũ, fallẽtes vos- Roma. 2.
metipsos, quia si quis auditor est verbi, & nõ factor, hic compa- Matt. 7.
rabitur viro consideranti vultũ natiuitatis suæ in speculo, consi- Actorũ. 1.
derauit enim se & abijt, & statim oblitus est qualis fuerit. Itaq́; si
nobis esse volumus efficax Euangelium, id est, bonum illud nun
tiũ, quod nobis in Euãgelio denũtiatur, debemus ipso facto ope
rari, quod nuntium operandũ denuntiat, & tunc sane gaudebi-

mus de eo nuntio, quod nobis denarium vitæ æternę ad eum modum promittit, quē præscribit euangeliū huius diei in hęc verba.

Matt. 20 ¶In illo tempore dixit Iesus discipulis suis parabolam hāc: Simile est regnum cœlorū homini patrifamilias, qui exijt primo mane conducere operarios in vineam suā. Conuentione autem facta cū operarijs ex denario diurno, misit eos in vineam suam. Et ingressus circa horam tertiam vidit alios stantes in foro ociosos, & dixit illis: Ite & vos in vineā meā, & quod iustū fuerit, dabo vobis. Illi aūt abierunt. Itērū aūt exijt circa sextam & nonam horā, & fecit similiter. Circa vndecimā vero exijt & inuenit alios stantes, & dicit illis: Quid hic statis tota die ociosi? Dicunt ei, quia nemo nos conduxit. Dicit illis: Ite & vos in vineam meam. Cum autem sero factum esset, dicit dominus vineæ procuratori suo: Voca operarios, & redde illis mercedē, incipiens à nouissimis vsq; ad primos. Cum venissent ergo qui circa vndecimam horam venerant, acceperunt singulos denarios. Venientes autē primi arbitrati sunt, quod plus essent accepturi. Acceperunt autem & ipsi singulos denarios. Et accipientes, murmurabant aduersus patremfamilias, dicentes: Hi nouissimi vna hora fecerunt, & pares illos nobis fecisti, qui portauimus pondus diei & æstus. At ille respondens vni illorum dixit: Amice, non facio tibi iniuriam. Nonnē ex denario diurno cōuenisti mecū, tolle quod tuū est, & vade. Volo aūt & huic nouissimo dare sicut & tibi. An non licet mihi facere, quod volo? An oculus tuus nequā est, quia ego bonus sum? Sic erunt nouissimi primi, & primi nouissimi. Multi enim sunt vocati, pauci vero electi.

EXPOSITIO.

Matt. 19. ¶Quoniā Christus paulo ante dixerat eos, qui res suas nomi-
Marci 10 ne suo reliquissent, cētupliū recepturos, vitamq; æternam posses-
Lucæ 13 suros, ex illis autem multos futuros primos nouissimos, & nouissimos primos, hic q; sermo esset discipulis visus planè ænigmaticus, subdit mox parabolam huius Euangelij, eius, quod dixit de primis & nouissimis explanatricem. Quæ summatim vult: Etsi diuersis ætatibus homines sint ad cultum iustitiæ vocati, omnibus tamen iustitiæ cultoribus idem esse præmiū æternæ salutis, modo vocati gnauiter laborarint in vinea iustitiæ. Neq; enim minus habere, qui vocati sunt tēpore Christi, q̄ qui tpe Abrahæ aut Mosi, aut Dauid. Neq; minus habere, qui senes trahuntur ad

cultū

cultum Euangelij, quàm qui pueri aut iuuenes. Omnibus quidem datum iri eundem denarium æternæ vitæ. Eos tamen qui tardius venerunt, hoc videri honoratiores, quod domini liberalitas eos æquat his, qui prius venerunt. Iudæos quidem prius esse vocatos, sed tamen Gentes post vocatas non solum æquatas esse illis, verumetiam Iudæis incredulis ante positas, id quod euidentius colligemus ex doctrinis aliquot excerpendis, vbi prius parabolæ clausulas detexerimus.

¶ Sanè paterfamilias est deus pater, qui cœlum & terrã adeoq; totum mundũ, & quę in eis sunt omnia non secus regit atq; prudens paterfamilias homo suam domũ & familiam. Hinc scriptura ad ipsum ait: Tua aũt pater prouidentia ab initio cuncta gubernat. Exitus prisfamilias ẽ, eius diuina visitatio & vocatio qua scilicet per multiplicẽ speciem & pulchritudinẽ creaturarũ, p scripturã, p prędicationẽ, per flagella, p prospera, p minas temporalis & ęternalis pœnæ, p promissionẽ gratiæ, veniæ, & vitę, vocat ad vineam elaborandã. Vnde ille ait: Ecce sto ad ostiũ, & pulso. Si quis audierit vocẽ meam, & aperuerit mihi ianuã, intrabo ad illũ, & cœnabo cũ illo, & ille mecum. Vinea est lex Christi, gratiæ pfectæq; fidei, quæ (Apostolo teste) p charitatem operatur. Operarij sunt homines ad fidem vocati & vocandi, vt inibi operent opera vineæ, id est, fidei, quæ (Iacobo scribente) sine operibus est sterilis & ociosa & mortua. Illi mane, & hora diei temporisq; huius tertia, sexta, nona, & vndecima, id est, oĩbus mundi ætatibus vocant, quæ in his vulgatis comprehendunt versiculis. Sexcentũ mille sex quinquaginta dat Adam. Octoginta nouemq; trecẽtos Noe sub archa. Circũcisionis Abrahã. CCCC. habet annos. Dat trigintaq; sex quadringentos Moysi lex. Septuaginta terras quadringenta Dauid & rex. Sex quadringẽtos dabit transmigratio Babylonq;. Ante Iesum certus hic annorũ datus ordo, Tractus ab Hebræis habet sic, & Biblia nostra. Ante Iesum numerat mundi Hieronymus annos. Vnum ter mille sexingentos decus sex vtraq; Biblia dat, tam nostra quàm Iudæorũ. Vel ante Iesum. CC. minus vno milia quinque. Aut vocantur omnibus hominis ætatibus. Quarum prima est infantia vsq; in septem annos. Secunda pueritia vsq; ad quartumdecimũ annũ. Tertia adolescentia vsq; ad vigesimũ octauum. Quarta iuuentus vsq; ad quinquagesimũ annum. Quinta senectus grauis vsq; in se

Saplę.14
Apocal.3.
Gala.5
Iaco.2.

ptuagesimum protenditur secundum naturã. Sexta decrepitus, quæ nullo annorũ tempore finito finitur, sed quicquid superuenit, est vitæ corollarium. Septima ætas est in quiete animarũ vsq; ad diem iudicij. Octaua rum futura est in resurrectione vltima, & deinde semper duratura. Hic conuentio & conductio est promissio, & pactũ vitæ æternæ, quæ vel ideo denarius dicitur, quia rotunda & æqualis est, vti denarius, omnibus hominibus, siquidem deus omni homini credenti & laboranti vult dare hunc dena-
Matt. 19 rium, qui omnes vult saluos fieri. Vnde alibi: Centuplum acci-
piet, & vitam æternam possidebit. Et iterum: Serua mandata, si
1. Johan. 2 vis ingredi vitam. Et Iohannes probat hoc, dicens: Et hæc est repromissio, quam ipse pollicitus est nobis vitam æternam. Sic qui mane conducuntur, & vocãtur, sunt qui in pueritia. Qui hora tertia, qui in adolescẽtia. Qui sexta, q in iuuentute. Qui nona
Matth 11 qui in senio. Qui vndecima, qui in decrepita ætate, adeoq; in fine
Apo. 22 vitæ impelluntur ad vineã domini. Procurator vineæ est Chri-
1. Cor. 3. stus, cui à patre tradita sunt omnia, qui aliâ de se dicit: Ecce ve-
Matth. 5 nio cito, & merces mea mecum est, reddere vnicuiq; secundum
Luce 6 opera sua. Merces est denarius, idest, vita in cœlis æterna. Hinc Christus: Gaudete in illa die, & exultate, quia merces vestra copiosa est in cœlis. Murmurãtes sunt, qui tota vita sua bonis operibus contra carnem, diabolum & mundum operati murmurãt, id est, immensam admirantur pietatem & liberalitatem in vltimos, & sunt vltimi, qui tota vita nihil operati ineloquibili tamẽ dei pietate & liberalitate mercedem receperunt. Id quod totum ad hunc modum apertius est & facilius intelligere ex salutaribus huius parabolæ doctrinis, quarum

¶ Prima: Solum eos qui fide p charitatem operante in vinea
Luce. 10 domini laborãt mercedem, id est, vitã æternã recepturos. Operarius enĩ dignus est mercede non ociosus. Et Apostolus ait, la-
2. Corin. 2 bora sicut bonus miles Christi. Qui certat in agone non coronabitur, nisi legitime certauerit. Qui in parte reprehendunt aperte, qui ociosi bonis operibus sola fide se putãt habituros mercedem, nimirũ innixi huic dicto: Qui crediderit & baptizatus fue-
Marci 16 rit, saluus erit. Atqui nõ attendũt hodiernũ euangeliũ, & quidẽ
Jaco. 5 eam esse (Paulo teste) verã fidem, quæ p charitatem operatur, quæ solum valet. Alioqui, iuxta Iacobum, esse ociosam & mortuam,
Gala. 6 siquidem quæ seminauerit homo, hæc & metet.

¶ Secun-

¶Secunda, nemini claudi cœlum vel quamlibet sero pœnitē
ti, vel quālibet nihil vsq; in finē vitæ laborāti, modo ante mortē
pœniteat. Id qđ docuit Christus exēplo latronis in cruce. Hinc Luc. 23
dñs per Prophetā: Cū auerterit se impius ab impietate sua, & fe- Ezech. 18
cerit iustitiā & iudiciū, ipse animā suā viuificabit, & non morietur.
Hinc nemo peccator vel quālibet inueteratus desperet, quacūq; Roma. 2.
eñ hora pœnituerit ante mortē, & laborare cœperit, deus ipsum
suscipiet, qui omni hora ad pœnitentiam vocat.

¶Tertia, nullum vel quamlibet magnum peccatorem debe-
re desperare, & si nunquam aliquid boni fecerit, modo de pecca-
tis finaliter ex corde pœniteat, siquidem adeo diligit omnes pa-
terfamilias, vt omnes amplectitur, omnes vocat, nullum respuit
nec peccata improperat, nec mercedem propter quæcūq; pecca-
ta præcedentia minuit, sed peccatorem pro benemeritis remu-
nerat, perinde ac nunquàm peccasset. Hinc paterfamilias hodie
æquauit nouissimos primis, inquiens: Volo autem huic & nouis-
simo dare, sicut & tibi. Hinc Propheta ait: Conuertimini ad do- Johel. 2
minum deum vestrum, quia benignus & misericors est, patiens,
& multæ misericordiæ, & præstabilis super malitia. Hinc domi- Matth. 11
nus: Venite ad me (inquit) omnes qui laboratis & onerati estis,
& ego reficiam vos. Et rursus: Omne, quod dat mihi pater, ad me
veniet, & eum, qui venit ad me, non eiiciam foras. Nimirum (vt Johan. 6
alias ait) quia nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & vi-
uat. Conuertimini & agite pœnitētiam ab oībus iniquitatibus ve-
stris, & non erit vobis in ruinam iniquitas. Et omnium eius ini-
quitatum, quas operatus est, non recordabor amplius. Hinc Ia- Jacob. 1
cobus: Dat omnibus affluenter, & non improperat. Id quod do- Psalm. 50
minus attestatus est in Dauide, Petro, Paulo, Matthæo, Magda Mat. 26.
lena, hocq; genus aliis magnis peccatoribus, quos pœnitentes Acto. 9
deinde charissimos habuit. Maledictus igitur Cain, qui parrici- Luc. 7
da ad dominum, dixit: Maior est iniquitas mea, quàm vt ve- Genes. 4.
niam merear. Damnatus quoq; Iudas, qui inquiens: Peccaui, tra
dens sanguinem iustum, & abiens, laqueo se suspendit. Argumē Matt. 27
to, nullum debere desperare de misericordia domini, vel quamli Acto. 1.
bet peccatorem. Hinc excluditur omnis excusatio vniuscuiusq;
qui dicere velit se non vocatum, quum omnes pene ab vtero ma
tris non modo ad fidem vocamur, sed & venimus, qui & (vt di-
ctum est) multipharium quotidie vocamur.

¶Quarta

¶Quarta, nullum debere sibi, suisq; viribus mercedē propriā
quasi sibi debitā ascribere, sed soli deo, eiusq; liberalitati diuinæ,
Roma. 3. qui hodie etiamnū vel certe parū laborantibus præmium cum la
borantibus præstituit. Quare apostolus ait: Omnes enī peccaue-
runt, & egēt gloria dei. Iustificati gratis per gratiā ipsius, per re-
Ephes. 2 demptionē, quæ est in Christo Iesu. Sic idē aliàs: Gratia enī estis
saluati per fidē, & hoc nō ex vobis, dei enī donū est, nō ex ope-
ribus, vt ne quis glorietur. Siquidē & ipsa opera bona deus præ-
parauit nobis, vt in illis ambulemus. Hæc ille.

¶Quinta, ne quis despiciat aliquē peccatorem perinde adeo
vitiosum, vt gratiam dei nō possit obtinere, nec se propter ope-
ra sua illum velle in salute præcedere, & illum perinde ante tem-
pus iudicare, quum vtiq; & ille nō modo possit cōuerti, sed con
1 Cor. 4 uersus in regno dei præcedere. Hinc apostolus: Nolite ante tem
pus iudicare, quoadusq; veniat dominus, & illuminabit abscon-
Roma. 14 dita tenebrarum. Et aliàs: Tu quis es, qui iudicas alienum seruū
Et tu autem cur iudicas fratrem tuū, aut cur spernis ipsum? Om
nes enī ante tribunal dei stabimus. Quandoquidem in hac æsti-
matione, quæ fiet ab æquo iudice deo multi tenebūt postremas,
qui nunc videntur tenere primas. Contra, multi, qui nunc humi
les, abiectiq; videntur hominibus, illic erunt primi. Præferetur
meretrix scribæ, publicanus pharisæo, Ethnicus Iudæo, pauper
diuiti, agricola regi. Sic Christus inquit: Amen dico vobis, quia
Mat. 21. publicani & meretrices præcedent vos in regno dei. Venit enī
ad vos Iohannes in via iustitiæ, & nō credidistis ei. Publicani au
tem & meretrices crediderūt ei, vos autem vidētes, nec pœnitē-
tiam habuistis postea, vt crederetis ei.

¶Sexta, ne nobis ipsis nimium blandiamur & præsumamus de
fide nostra & operatione vel quamlibet bona quasi essemus de
nostra electione certi, proindeq; nos nō posse damnari, tū pro-
pter misericordiā dei, tū propter vocationē, quandoquidē mul-
ti sunt vocati, pauci vero electi, id est, qui se dignos facerēt ele-
Eccle. 9. ctione. Siquidem ait scriptura: Nescit homo vtrū amore an o-
dio dignus sit, sed oīa in futurū seruātur incerta. Dies enī iudi-
1. Cor. 4 cij oīa reuelabit, & qualis quisq; fuerit manifestū fiet. Sic Pau
lus de seipso dicit: Nihil mihi cōscius sum, sed nō in hoc iustifica
1. Cor. 10. tus sum, qui aūt iudicat me, dñs est. Qui propterea deinde monēs
inquit: Qui stat, videat ne cadat. Hinc sequitur,

¶Septima

 95

¶Septima doctrina, hominē semper debere timere, ne sibi de
um iratū faciat, qui enī se in timore cōstanter nō tenuerit cito, in Eccle. 27
quit Solomon, subuertetur domus sua. Debet itaq; homo mo-
dis omnibus conari, vt de numero sit sanctorū̄ electorū̄. Et hoc
est quod monet Petrus, inquiens: Quapropter fratres magis sat 2. Petri. 1.
agite, vt per bona opera certā vestrā vocationē & electionē fa-
ciatis. Haec enī facientes, nō peccabitis aliquando. Hinc nulli est
differēda poenitētia, ne anticipetur tempore mortis, & locus nō
sit poenitentiae, praesertim quum nemo scit suae vitae terminum,
mortiśq; horam, dicente domino: Qua hora non putabitis, do- Mat. 24
minus veniet. Et in Apoca. Si ergo nō vigilaueris, veniam ad te Marci. 13
tanquam fur, & nescies qua hora veniam ad te. Hoćq; ipsum nō Luc. 12
modo cogitet homo malus, sed & suo iudicio bonus, quum ne- Apocal. 3
sciat in rei veritate an bonus sit coram deo, in cuius plena pote-
state est vel saluare ex sua misericordia, vel damnare ex vera sua
iustitia. Vnde sequitur.

¶Octaua doctrina. Neminē debere vel ideo aduersus deum
murmurare, quasi hoc vel illud non satis aeque & bene fecerit, ne-
q; eius debere rationē friuole perquirere, qui omnia vt secūdum
voluntatem & bonitatem, simuĺq; iustitiam, ita omnia quoq; cū
ratione agit summaq; sapientia. Hinc hodie ait: An nō licet mi-
hi, quod volo, facere? Innuit se habere quidlibet faciendi potesta
tem, nec ad huius rationem se dicere adstringi, siue hunc viuifi-
cet, siue illum mortificet, siue illius misereatur, siue alterius nō mi
sereatur, in sua enī esse potestate sitam & vitam & mortem, séq; Exodi. 33
omnium rerum esse dominum. Quare & Christus ad patrē: Cō Roma. 9.
fiteor (ait) tibi pater domine coeli & terrae, quia abscondisti haec 1. Regū. 2
à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Ita pater, Matt. 11.
quoniam sic fuit placitum ante te, nimirum non aliam adsignans
facti ipsius patriam abscondendo nonnulla aliquibus, aliqua in
reuelando aliis rationem, quàm patris voluntatem, qua et hoc-
ipsum fuisse placitum notat. Cui accedit & hodierna patrisfami
lias quaestio. An non mihi quod volo facere licet, quum interim
nullam facio iniuriam? quippe aeque iustus atq; bonus. Si quid
boni nobis immittit, eius est misericordiae & bonitatis. Si mali,
illius est iustitiae, propter nostra demerita. Si nos saluat, miseri-
cordia est, si damnat, iustitia. Non enim potest male agere quic-
quam, de quo dictum est: Omnia bene fecit. Et ad quem excla-

Psal. 103. mat propheta: Quam magnificata sunt opera tua dñe, Oĩa in sapiẽtia fecisti. Eapropter, si cupiã videbitur plerũq; nõ suo tẽpore vel pluuiã, vel frigus, vel æstũ venire, optimos ac innocentissimos homines aduersissimis fatis & casibus agi, improbis ac sceleratis oĩa ex voto cedere, & alia id genus, nõ deberis propterea sensum & factũ dñi corrigere, nec eius esse cõsiliarius, aut murmurãs illius pinde iniq; facti deposcere ratione. Nimirum qui alioqui ab eo audiet.

¶An non liceat mihi, quod volo, facere? Deus em̃ sum, domi-
Roma. 8. nus sum, iustus & sapiens. Voluntati eius quis resistit? O homo, inquit Paulus, tu quis es, qui respõdeas deo. Nũquid dicit figmẽtum ei, qui se finxit. Quid me fecisti sic? An nõ habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere, aliud quidẽ vas in honorẽ, ali-
Eccles. 8 ud vero in contumeliam? Quare? Quia, ait Ecclesiastes, oẽ qd voluerit faciet, & sermo illius potestate plenus est. Nec dicere ei quisquam potest, qre ita facis? Dicenti vero quare ita facis? procul dubio respondebitur. An non licet mihi, quod volo facere?
Eccles. 3. Quare sapiens rectissime monuit: Altiora te (inquiens) ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris, sed quæ præcepit tibi deus illa cogita semper, & in pluribus opibus eius ne fueris curiosus. Non enim tibi est necessariũ, ea, quæ abscondita sunt, videre oculis tuis. In superuacuis rebus noli scrutari multipliciter, & in pluribus eius opibus nõ eris curiosus. Plurima em̃ super sensum hominũ ostensa sunt tibi. Multos em̃ supplantauit suspicio illorum, & in vanitate detinuit sensus illoꝝ. Id quàm vere dictũ sit planè experimur in eis, qui plus æquo curiosi primũ cœperũt sacræ missæ secretiora mysteria eousq; scrutari, donec impie debachati sunt in illã, quam oĩ impietate differtã perhibuerunt,
Psalm. 26 nec inibi esse, quod sit auditu dignum, quod vel dei gloriã, vel hominis salutẽ deceat. Quam' aũt sibi iniquitaamentita sit, partim Sex dictis, partim ex ijs, quæ dicturi sumus est apto intelligere. perest modo, vt de symbolo aliqua adijciamus, & quę ad missam attinẽt, deinde reliqua, dante deo, prosequamur.

¶De symbolo nona parte missæ. Cap. XVII.

Symbolum pen. cor. à συμβάλλω confero, dici potest collatio & indiciũ, nẽpe illud quod à multis in vnũ est collectum. Hinc est in prouerbijs: Noli esse in cõuiuijs pota-
Prouer. 23 torũ, nec in cõmessationibus eoꝝ, qui carnes ad vescẽdũ con-

conferūt, quia vacātes potibus & dantes symbola, consument. Quo nomine appellantur fidei catholicæ articuli simul collecti, quoniā apostoli illos, vnusquisq; suā partē in vnū cōtulerint, aperientes quid quisq; sensit de deo. Quæ nimirū collectio & dici solet indiciū vel signū, quia apostolis fidē Iesu Christi prædicātibus ex circūeuntibus Iudæis, vt palàm apostoli conquerūtur) simulabant se esse apostolos Christi, & lucri alicuius vel ventris gratia ad prædicandum proficiscebantur, nominantes quidem Christum, sed non integris traditionum lineis annūtiantes, cōtulerunt proinde vniuersi & singuli suam de fide Christi sententiam in vnum, dicisq; cœpit illud articulorū collectum vulgo indicium & signū, vtpote quo agnosceretur is, qui Christum vere secundum apostolicas literas prædicaret. Quorum omnium videtur testis Paulus, quum scribit se ascendisse Hierosolymā cū Barnaba adsumpto, & Tito: Ascendi, inquiens, secundum reuelationem, & contuli cum illis Euangelium quod prædico in gētibus, Omniū igitur primus cōtulit. 2. Cor. 11 Act. 15 Galat. 2.

¶Petrus.

Credo in deum patrē omnipotentem, creatorē cœli & terræ.

¶Andreas.

Et in Iesum Christū, filium dei vnicum dominum nostrum.

¶Iacobus.

Qui conceptus est de spiritu sancto, natus ex Maria virgine.

¶Iohannes.

Passus sub Pontio Pilato, crucifixus mortuus, & sepultus.

¶Philippus.

Descendit ad inferna, tertia die resurrexit à mortuis.

¶Bartholomæus.

Ascendit ad cœlos, sedet ad dexterā dei patris omnipotētis.

¶Thomas.

Inde venturus est iudicare viuos & mortuos.

¶Matthæus.

Credo in spiritum sanctum.

¶Iacobus.

Sanctam ecclesiam catholicam, sanctorum communionem.

¶Simon

Remissionem peccatorum.

¶Thaddæus.
Carnis resurrectionem.
¶Matthias.
Et vitam æternam.

¶Expositio.

¶Hoc est, Apostolorum symbolum duodecim (vt videmus) articulis collatũ respondentibus duodecim Apostolis, quorum singuli suũ articulũ illi colligendo adiecerunt. Quia vero ob improbam hæreticorum importunitatẽ oportuerat deinceps multa particulatim exprimere, quę in exordio nascentis ecclesię erãt suppressa, & ad hanc faciundã declarationẽ pro confutãdis hæresibus, opus fuerat plura addere, prius nõ expressa. Cœpit conciliũ Nicęnũ, quod trecẽtis octodecẽ patribus collectũ est, hoc ipsum Apostolorum symbolũ longioribus & prolixioribus articulis duodecim perinde exponere, & ad hunc modum declarare.

¶Credo in vnũ deum, patrem oĩpotentẽ, factorem cœli & terræ. Visibilium omniũ & inuisibilium, Et in vnum dñm Iesum Christum, filium dei vnigenitũ, & ex patre natũ ante oĩa secula, deum de deo, lumen de lumine, deum verum de deo, genitum non factum, consubstantialem patri, per quem oĩa facta sunt. Qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit de cœlis, & incarnatus est de spiritu sancto ex Maria virgine, & homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus & sepultus Et resurrexit tertia die secũdũ scripturas. Et ascẽdit in cœlum, sedet ad dexterã patris. Et iterum venturus est cũ gloria iudicare viuos & mortuos, cuius regni nõ erit finis. Et in spiritum sanctũ dominum, & viuificantem, qui ex patre filioq; procedit, qui cũ patre & filio simul adoratur, & conglorificatur, qui locutus est per Prophetas. Et vnam sanctã Catholicam & Apostolicam ecclesiam. Confiteor vnum baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum. Et vitam ven-
Roma.10 turi seculi, Amen. Ideo autem post euangelium dici cœpit symbolum, vt admoneamur credere euãgelio, ita vt fides sit ex auditu, auditus per verbum Dei.

¶Hæc declaratio symboli Apostolici à plerisq; oĩbus appellari cœptum est symbolum Nicænũ, à paucis vero Constantinopolitanum, tum quod eam Nicæna synodus primo composuerit & collegerit, deindeq; sequẽs Constãtinopolitana patrũ

concio

concilio approbarit, aut fortassis aliquot particulas ob emergētes
de nouo & insurgētes hæreses resecādas adiecerit, sicq; vna vir-
usq; concilij & fides catholica in hac declaratione expressa, & tā-
dem à Marco atq; Damaso summo post Marcū pontifice quar-
to secundū concilij ipsius decretū certis quibusdā diebus in offi-
cio missæ, vel ideo statim post euangeliū pronuntiari decātariq;
alta voce cœpit, vt ecclesia ostendat se euangelij verbū seu prædi-
cationem fide & ordine recipere, seq; corde, quod est ad iustitiā,
& ore, quod fit ad salutem, credere, vtq; insinuat fidem post pdi
cationem euangelij sequi. Siquidem ait Euangelista: Eo loquē-
te, multi crediderunt in eū. Et hoc quidem nam tali ordine, quo-
niam Apostolo scribente: Fides fit ex auditu, auditus autē per ver- Roma.10.
bum dei, soletq; in missa dici patenter, quandoquidem fides ho-
die catholica liberè prædicari & doceri oporteat, quoniam iuxta 2.Timo.2
Pauli sententiam, verbum dei non est alligatum, quod fidē do- Roma.1.
cet, q alias dicit: Non enī erubesco euangeliū, id qd quilibet pi-
us tam verbo, quàm facto dicere debuerit. Sic quoq; idipm sym-
bolum alta voce dici consueuit, vt illud omnes dicāt & addiscāt,
quoniā oēs qui vere volunt haberi & esse Christiani, publici-
tus catholicā fidem profiteri debent, qui eam ob rem in fronte si-
gnari solent. Vult sanè Christus tam corde q ore palàm à nobis Matt.10
credi, hoc est, quod aliàs dicit: Omnia ergo qui confitebit me co- Marci.8.
ram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo qui in Luc.12
cœlis est. Qui autem negauerit me coram hominibus, negabo &
ego eum coram patre meo qui in cœlis est.

¶Qua in parte videor mihi nō parum desiderare veterem illā
eamq; non spernendam apud nonnullos consuetudinē, qua hoc
ipsum symbolum in templo non modo à clericis, sed & à tota ec
clesia vernaculo idiomate dulci modulamine cani solet, & recte
quidem, vt omnes à primis fermè cunabulis longo vsu memo-
riter perdiscant illud, sine quo salus haberi nequit, quod ē fides.
Sine fide enim impossibile est placere deo, qui enim non credit, Hebre.11
iam iudicatus est, baptizatus autem & credens saluabitur. Si mo Johan.3
do (vt Apostolus ascribit) fides fit ex auditu, auditus vero per ver- Roma.10.
bum Christi, quid proderit verbum audire & non intelligere,
quod fit quū lingua qua ipsum profertur nobis, est ignota, cuius-
modi est vox latina vulgo indocto? Et hoc ē, quod vult Aposto 1.Cor.14
lus, interpretationem inquiens habet, oīa ad ædificationē fiāt.

N 3 Si autē

Si aũt non fuerit interpres taceat in ecclesia, sibi autem loquatur & deo. Inde pleræq; ecclesiæ permotæ statim post epistolã Euãgeliũ, symbolumq; fieri ordinarunt, prędicationẽ perinde Euãgelici verbi, symboliq; & noui & veteris testamẽti expositionẽ.
Heb. 9 Id quod facile putaf ex veteri quoq; testamẽto originẽ duxisse, in quo morẽ fuisse legimus, vt facto sacrificio sacerdos om̃e mãdatũ legis à Moyse vniuerso populo legerit. Sic quoq; alias le-
Neem. 8. gimus Leuitas legisse in libro legis dei. Neæmiam vero sacerdotẽ & Esdrã scribã interpretatos fuisse populo vniuersa. Sed hac de re in nostra ad Noembergẽs. Crisi satis late disputauimus, & & aliquando (si deus annuerit) latius de symbolo dicturi sumus, quod in missa subsequitur offertoriũ.

¶ De offertorio decima partæ missæ. Cap. XVIII.

Offertoriũ pars missæ decima est, quo quippiã offertur deo optimo legi fieriq; solitũ post Symbolũ, consentaneo nimis ordine, vt post prædicationẽ sequatur fides in corde, laus in ore, fructus in ope. Siquidẽ prædicatio fit in Euangelio, fides in Symbolo, laus in offertorio, fru-
Psal. 49. Psal. 115 ctus in sacrificio, quo offerẽ & offerri debet sacrificiũ laudis non mõ à sacerdote, sed & à tota astãte ecclesia, q̃ admonef à sacerdote dicẽte: Dñs vobiscũ, &c. & deinde oremus, nimirũ, vt deuotius offerre possit laudis sacrificiũ, q̃d & fieri solet vel sola deuota oratiõe, qua mẽs ipsa deo offerẽ, vel oratiõe vna cũ reali oblatiõe, qua quis pinde facto ipso arguit se illi offerre totũ quod habet, illumq; palàm cõfiteri, quẽ in Symbolo fit voce oreq; cõfessus. Ec. q. d. cedo, & fidem quam in Symbolo professus sum opere hoc meo attestor & cõpleo, & oratiõi sacerdotis cõsentio, vnde & sacerdos illi eo dona consecrãda offert. Inquiens in Secret. hodie quidẽ, quæ dominica est septuagesima.

¶ Concede nobis misericors deus, & digne tuis seruire altaribus, & eorũ participatione saluari per dominũ Iesum, &c. Vnde & ab hac oblatione etiamnũ dici cœpit hæc pars missæ, offertoriũ. Et habet profecto vtraq; oblatio tã solius orationis, q̃ orationis cũ munere cõiunctæ suũ ex sacris literis fundamentum, & deo (si recto fit animo) plurimũ grata, nec nunq̃ non fieri accepta. Siquidẽ Solomon in dedicatione tẽpli & altaris innumerabilem
2. Para. 7. multitudinẽ holocaustorũ obtulerit, cũ magna solẽnitate. Itẽq;
Exod. 24 Moysi de monte descẽdenti, populusq; salutãti & oranti occurrerit po

rit populus & munera obtulit. Hanc quoque realem in altari ob-
lationē populi Christus quoque in nouo testamento contra per- Matt. 5.
uersos hæreticos aperto approbat, quum ait: Si offers munus tu
um ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliqd
aduersū te, relinque ibi munus tuū ante altare, & vade prius re-
conciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum, osten-
dens oblationem sibi ingratam esse ab homine aduersus proxi-
mum suum, aliquid habente, qui aliâs de huiusmodi homine di-
xit: Misericordiam volo & nō sacrificium. Diligere enim pro- Matt. 9.
ximum tanquàm seipsum, maius est omnibus holocaustomati- Marci. 12
bus & sacrificijs. Quibus vtique holocaustis, quæ fiunt in odio
contra fratrem, deus, vt canit Psaltes, non delectatur, id quod se- Psal. 50.
rio in Caym olim est ostensum. Alioqui nūquam legimus deo Gene. 4.
displicuisse, in altari offerre aliquid muneris, nec prohibuisse
hoc ipsum, quod oblatum fuit, à sacerdote percipi, sed manife-
ste approbasse in nouo quoque testamento per Paulum dicen-
tem: Nescitis, quoniam qui in sacrario operantur, quæ de sacra- 1. Cor. 9
rio sunt, edunt, & qui altario deseruiunt, cum altario partici-
pant. Quo vel vno dicto corruit totum, quod hactenus seditio-
si schismatici præcones contra oblationes deblaterarunt, corri-
piunturque, qui suis partes etiam oblationes subtrahunt, quæ il-
lis pro laboribus administrationis sacramentorum in compe-
tentem vitæ huius sustentationem sunt ab ecclesia primitus in-
stitutæ, quas si qui dare negligūt, mercedem detinent cōtra Euā-
geliū. Dignus est mercenarius mercede sua, quæ detenta in cœ- Matt. 10
lum pro vindicta clamat. Lucæ. 10.

¶ Offerant igitur in nomine dñi, quod habēt pij homines, mo
re hactenus obseruato, in quibus quidē oblationibus primo se fa
cto Christianos ostendūt, secūdo legē implent, qua præcipitur.
Nō apparebit ante dominū vacuus, sed offeret vnusquisque secū- Deute. 16
dū quod habuerit, iuxta benedictionē dñi dei sui, quam dederit
ei. Hinc dominus alibi pauperculam viduam laudauit, quod de
penuria sua omnia, quæ habuit, imò & victum suum in Gazophy Marc. 12
latium miserat. Tertio mandatum implent, quo cauetur, vt sol- Luc. 21
uamus quæ debemus, & hoc quidem maxime de mercede intel-
ligi solet. Quarto piam faciunt eleemosynam, qua sint susten- Matt. 22
tandi in dei laudem Christianæque reipub. salutem sacerdotes, q Roma. 13.
recte metent, iuxta apostoli dictum, carnalia, quum seminarunt 1. Cor. 9.
spūalia

spiritualia ipsi populo. Non enim est, vt quia gregem pascat, & de
Deute.25 lacte gregis nō manducet, quum & dicente scriptura: Boui tritu-
1.Timo.5 ranti os nō sit alligandum.

¶ Porrò hic sacerdotes fuor vehemēter admonēdi, ne inibi in-
1.Timo.6 hient suarinæ & quæstui, at (apostolo admonēte) habētes alimē-
ta & quibus tegūtur, his cōtenti sint, quod vero illis superest, cer-
Luce.11. te pauperum est, quod alibi dn̄s subindicauit: Quod, inquiēs, sup-
est, date eleemosynam, & ecce om̄ia mūda sunt vobis. Hæc etsi
ad om̄es dicta sint, ad sacerdotes tamē præcipue referēda, quos
Tit.1. (vt ex apostolo accipitur) maxime nō decet turpis lucri esse cu-
pidos vel auaros, sed esse pro virili imitatores apostolorum, qui-
bus successerūt. Illi aūt plane reipsa pauperes fuere, qui dicere po-
Matt.19 tuerūt ad dn̄m: Ecce nos reliquimus om̄ia, & te sequuti sumus,
sed de hac re plura diximus in homilijs de diuis Andrea & Pau-
lo, quò pium auditorē remitto: hic & alterum longe maius admo-
nens, ne videlicet sacerdotes ex sacrosancta missa prophanā, de-
testādamq; mercationē & nundinationē faciāt, recipiētes & exi-
gētes de officio Missæ vel aliorum diuinorum pecunias vice merce-
Matt.10 dis aut pretij, id quod nequaq̄ debēt, Qui enim hæc dona dei gratis
receperūt, gratis dare debēt, nimirum, ex officio orare pro popu-
lo, quod in Missa fit, obligati. Qui si perinde vēditores fient, cer-
te simillimi erūt eorum, quos Christus facto è funiculis flagello ex-
Matt.21 pulit emētes & vendētes è templo vnà cū suis mercibus. Sane o-
Marc.11 stendēs auaritiā & quæstū fore capitalē pestē ecclesiæ suæ, eosq;
Luce.19 futuros sui tēpli latrones, quiq; ex eo essent facturi speluncam, qui
Johan.2. sub prætextu religionis ac sacerdotij populū spoliarēt, vmbra re-
ligionis rapinā tegerēt, & innocētium simplicitate abuterētur.
Quàm vero male mercētur eiusmodi nūdinatores, ipse dn̄s pri-
mū satis arguit, qui in nullū hominū genus acrius sæuit, insinuās
palàm eos, qui sacra emūt & vendūt à templo dei, deo etiā repel-
Actorū.8 lēte, exulare. Præterea, q̄ male isti agāt, ostēdit Petri seuera in
Symonē increpatio. Hic enim cū vidisset, quis per impositionem
manus apostolorum daretur spūs sanctus, & obtulisset eis pecuniā,
dicēs: Date & mihi hāc potestatem, vt cuicūq; imposuero ma-
nus, accipiat spiritū sanctum. Petrus ad eum dixit: Pecunia tua
tecum sit in perditionē, quā donum dei existimasti pecunia possi-
deri. Cor tuum nō est rectum coram dn̄o deo. Pœnitētiam itaq;
age ab hac nequitia tua, & roga deum, si forte remittatur tibi hæc

cogita

cogitatio cordis tui, &c. Si ia qui emere cupit donum dei, adeo fuit increpatus, q̃ putes indignatione dei & apostoli dignus sit, qui corpus Christi vendit? An non ea, qua Iudas Iscarioth? Caueant igitur maximopere sacerdotes, ne quid exigãt pro diuinis agẽdis, cõtenti sustentatione, quam habent, qui interim sine specie tamẽ mali (quæ semper vitanda est) loco eleemosynæ, si egent, recipere, acto diuino officio, aliquid spõte oblatũ fortassis nõ prohibent, modo cõscientia teste, vtant, quę nõ grauent.

Matt. 17
1. Thess. 5

¶Hinc (vt ad offertoriũ, vnde digressi sumus, regrediamur) si qui aliquid realis muneris pio animo offerre voluerint, magnopere curent, vt primũ se, hoc est, cor mundũ, spiritũ contribulatũ & cõtritũ offerant, nimirũ sacrificiũ laudis, ad quod propheta hortat, inquiens: Immola deo sacrificiũ laudis & redde altiss. vota tua. Sic & deus paulo post ait: Sacrificiũ laudis honorificabit me, & illic iter, quo ostendã illi salutare dei. Et apostolus ait: Per ipsum ergo offeramus hostiã laudis semper deo. i. fructũ labiorũ confitentiũ nomini eius. Idem alias: Obsecro vos fratres per misericordiã dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuẽtem sanctam, deo placentẽ, rationabile obsequiũ vestrũ, hæc sunt sacrificia, quæ Petrus hostias spirituales appellat. Quas vbi homo offerre satagit, cum Dauide dicat: Domine labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam. Hoc sacrificio oblato, pergat deinde pius homo, iuxta cõsilium Opt. magistri Iesu Christi ad altare, suũ munus ea qua docuimus, ratione offerẽs, sciẽs hoc ipsum tam deo esse gratum, q̃ sibi salutare. Sic & sacerdos hodie ex institutione ecclesiæ in offertorio cantico legit, dicẽs: Bonũ est cõfiteri dño, & psallere nomini tuo altissime.

Psal. 49.
Psal. 50.
Hebr. 13
Roma. 12
Philip. 4
1. Petri. 2
Psalm. 51
Psalm. 91

¶Expositio.

¶Hisce verbis ex Dauide desumptis, sacerdos vice totius ecclesię deum non modo laudat, sed & insinuat quomodo deo laus sit perinde sacrificij loco offerenda, inquiens: O deus altissime, deus omnia transcendens, & omnibus supereminẽs salutare est, bonitates tuas & beneficia recensere, bonũ & salutare est sancto tuo & verbo tuo laudes canere. Hac laudis oblatione peracta, sacerdos pergit, se præparaturus ad consecrationem Eucharistię, laudis veri sacrificij, quemadmodum suo loco dicemus. Subsequitur itaque.

¶De præfatione vndecima parte Missæ. Cap. XIX.

O Præfa-

PRæfationem dici cœptam volunt hanc sequentē orationem, quoniā ea præcedat principale laudis sacrificiū. s. corporis & sanguinis dñi nostri Iesu Christi. Tū etiā quod sit preloqutio ante præcipuā orationē, sacrorum mysteriorum cōsummatiuā, & in canone cōtentā, quæ est in hoc diuinissimo celebrando sacrificio quasi prologus quidā sequētis canonis, captās prius dei Max. in nos bñiuolentiā, quippe in q̄ sacerdos præloqtur gratias & laudes deo vt huiusmodi laude præparatus ad cōsecrādum Christi corpus peruenire melius possit ac aptius. Quæ in hæc verba hodie sonat.

¶ Per omīa secula seculorum Amen. Dñs vobiscū. Et cū spiritu tuo. Sursum corda. Habemus ad dñm. Gratias agamus dño deo nostro. Dignū & iustū est. Vere dignū & iustū est, æquū & salutare, nos tibi semp & vbiq; gratias agere, dñe sancte pater omnipotēt, æternæ deus, per Christū dominū nostrum. Per quē maiestatem tuam laudāt angeli, adorāt dominationes, tremūt potestates. Cœli cœlorumq; virtutes, ac beata Seraphim, socia exultatione cōcelebrāt. Cum quibus & nostras voces, vt admitti iubeas, deprecamur, supplici confessione dicētes.

¶ Expositio.

¶ Præponitur in hac præfatiōe quatuor ab ipso sacerdote celebrāte oratiōes, quibus alternatim ecclesia, quæ vulgato nomine chorus appellatur, respōdet. Prima: Per omīa secula seculorum. Cui respōdet ecclesia, Amen. Et est finis postremæ collectæ, submissiore ac secretiore voce dictæ ante præfatiōis initiū paulo supra recitatæ, quæ hodie in hæc exit verba.

¶ Concede nobis misericors deus, & digne tuis seruire altaribus, & eorum participatiōe saluari, per dominum, &c. Secūda, in qua cōsueta sacerdotis ad populum præmittitur salutatio, Dominus vobiscum. Cui ecclesia, Et cum spiritu tuo. Vnde cœperit originem supra notauimus. Tertia, quæ cōmonet simul astātes ad cordium in deū eleuationem. Sursum corda. Cui ecclesia, Habemus ad dominum. Ad insinuādum tam sacerdotem q̄ adsistētes sacris mysterijs debere, relictis terrenorum negotiorum cogitatibus, tūc animos suos ad deū erigere, & cœlestia dūtaxat & spiritalia meditari apostolo dicēte: Quæ sursum sunt, quærite. Vbi Christus est, in dextera dei sedens, quæ sursum sunt sapite, nō quæ super terram. Sic Christus alibi in exemplo: Eleuatis sur-
Coloss. 3.

sum

sum oculis dixit. Pater gratias ago tibi, quoniã audisti me. Quar Johan. 11.
ta hortatur p sacerdotem ad gratias deo agẽdas pro acceptis ab
eo amplissimis bñficiis. ℣. Gratias agamus dño deo nostro. Cui
rñdet ecclesia, Dignũ & iustũ, vt nos. ℣. domino deo nostro
gratias agamus. Cui sacerdos, Neq; nos solũ, sed & spiritus an-
gelici oẽs debẽt, vti prosequitur. Iustũ sane, vt deo gratias a-
gamus, nẽpe in quo (vt ait apostolus) viuimus, mouemur, & su- Actor. 17
mus. Hinc Dauid, Benedicam dñm in oĩ tempore, semp laus Psalm. 33
eius in ore meo. Et rursus: In omnium loco dominatiõis eius be Psal. 102.
nedic anima mea domino. Et hoc quidem per Christũ dominũ
nostrũ. Per quem (scribẽte Paulo) accessum habemus ad patrẽ, Ephe. 2.
ad quem nisi per filium nõ peruenitur, quem (teste Iohãne) ad- Johan. 4
uocatum habemus apud patrem, iustum, qui & propitiatio est 1 Johan. 2
pro peccatis nostris, nõ pro nostris autem tãtum, sed etiã totius
mũdi, qui interpellat pro nobis, & exauditur pro sua reuerẽtia,
per quem perinde p mediatorẽ laudes offerimus, per eũ perinde
aduocatum deo patri gratias exoluimus, nõ nos solum, sed & an
gelici spiritus Esdra dicente: Exercitus cœli te adorat in verba, Neem. 9.
quæ in parte sequẽti ponũtur.

¶De Sanctus, duodecima parte missæ. Cap. XXI

HAec pars est missæ duodecima, in qua sacerdos vnà cũ
ecclesia, quam chorus refert suam supplicem cõfessio-
nem, id est, laudem, prosequit exclamãs Sanctus, san-
ctus, sanctus, dominus deus Sabaoth. Pleni sunt cœli
& terra, gloria tua, Osianna in excelsis. Benedictus qui venit in
nomine domini Osianna in excelsis.

¶Expositio.

¶Confessio hæc sacerdotis & ecclesiæ hymnus est plane diui-
nitus & religione & maiestate plenus, & partim ex angelica lau-
de in cœlis deo exhiberi audita, partim ex humana ipsi Christo
in terris decãtata cõflatus. Angelica quidẽ laus est prior pars ex
Esaia desumpta, vbi ait propheta de duob⁹ Seraphin. Et clama Esaie. 6.
bãt alter ad alteꝝ & dicebãt Sanctus, sanctus, sanctus, dñs deus
exercituũ. Plena est oĩs terra gloria eius. Simile q̃q; reperitur
in Apocalypsi. Exprimitur hic ter nomen sanctus, ad insinuan Apoca 4
dũ mysteriũ S. trinitatis diuinarum personarum. Vbi & diuinæ
substantiæ vnitas significatur, quando in singulari numero sub-
iungitur, dominus deus Sabaoth, id est, exercituũ. Quo quidem Daniel. 7.

O 2 noie

nomine diuinę potestatis amplitudo & magnitudo significatur, siquidem numerosa sit cœlestiũ spirituum turba. De qua Daniel Millia millium ministrabant illi, & decies centies centena millia adsistebant illi. Sic & Christus ad Petrum ait: An putas quia nõ
Matt.26 possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modo plus quã duodecim legiones angelorum.

¶Plenos vero esse cœlos & terrã dei gloria, testat quoq; ipse
Hiere.23. in Hieremia, dicens: Cœlũ & terrã ego impleo. Quod perinde
Psalm.138 Dauid exponens, ait: Quo ibo à spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam? Si ascendero in cœlũ tu illic es, si descendero in infernum ades. Si sumpsero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris, Etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua, quis more scripturarũ, recte intelliges hic appellatione cœlorũ ipsos angelicos, & terræ hoĩes &c. posterior vero pars ex eo loco Matthæi desumpta est, vbi is dicit: Turbæ aũt quæ præ
Matt.21. cedebant, & quę sequebant, clamabãt, dicẽtes: O sanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine dñi, de quo celebrantissimo Christo deprompto à Iudæis præconio aliàs multa.

¶De numero & ratione pręfationum. Cap. XXI.

HIC vnum velim notandum: Præfationem paulo superius positam & declaratã dici cœptam protrito nomine quotidianã & communem, quia fermè quotidie & in cõmunibus solennitatibus, vt dierũ dominicorũ & diebus itidem non solennibus, proferatur in officio missæ & decantetur. Cæterũ præter illas esse aliàs decem præfationes speciales, & alicui peculiari festo aut tempori addictas propter maiorem diei celebritatẽ, aut propriã tẽporis ad arctiorem disciplinã applicationẽ. Harũ quidẽ nomina nominari à Gelasio papa in san
De conse. Distin.1.ca. Inuenim? ctione canonica in hunc modũ. Inuenimus has nouẽ præfatiões, in cathalogo tantũmodo recipiendas, vnã in albis paschalibus, aliam in die Ascensionis domini, tertiã in die Pentecostes, quartam de Natali domini, quintã de Apparitione domini, sextã de Apostolis, septimam de Trinitate, octauam de Cruce, nonã de Ieiunio in quadragesima tantũmodo dicendã. Porro decimam propriam præfationum, quę est de diua Deipara virgine Maria, scimus adieci supradictis nouem ex decreto Vrbani papæ in Canonibus in hęc verba: In eodẽ etiã Cõcilio antiquis nouem prę fationibus decima addita est, quæ ita se habet: Aequũ & salutare, & te in

& te in veneratione, vel adsumptione beatæ Mariæ semper virginis & cætera, quẽadmodũ iam paulopost recensebimus ex ordine. Hic quoq; nec hoc puto prætereundũ, cuiq; præfationi habenti propriã, peculiarem'q; orationem, quæ in Canone missæ ante primã sanctorũ memoriã esse dicendam, hoc loco subiungi eam orationem, pronunciandã quidem infra actionẽ, id est, inter verba ipsius canonis, q actio etiã nominatur à sanctis authoribus, quoniã diuina in eo agunt, consecranturq;, & conficiunt mysteria. Et quanq̃ ad sacrũ missæ canonem ptineãt hmõi orationes, hic tamen vnaquæq; subnectitur præfationi ad euitandã confusionem & rectiorem secuãdum ordinem, qui digestior videtur, & dispositior, cũ cuiq; quod suũ est, adaptatur ac ascisciť, sicuti hic ex ordine est videre.

¶De natiuitate domini præfatio.

¶Aeternæ deus. Quia p incarnati verbi mysteriũ, noua mentis nostrę oculis lux tuę claritatis infulsit. Vt dum visibiliter deũ cognoscimus, p hunc inuisibiliũ amore rapiamur. Et ideo cũ angelis & archãgelis, cũ thronis & dominatõibus, cũq; omi militia cęlestis exercitus, hymnũ glorię tuę canimus, sine fine dicentes.

¶Infra Actionem.

¶Communicantes & noctẽ (vel diem) sacratissimã celebrantes, qua beatæ Mariæ intemerata virginitas huic mundo ędidit saluatorem. Sed & memoriã venerantes in primis eiusdem gloriosæ, semper'q; virginis Mariæ, genitricis eiusdem dei, & domini nostri Iesu Christi, sed & beatorum Apostolorum.

¶In Epiphania domini Præfatio.

¶Aeternæ deus, quia cum vnigenitus tuus in substantia nostræ mortalitatis apparuit, noua nos immortalitatis suæ luce reparauit. Et ideo, vt supra de natiuitate domini.

¶Infra Actionem.

¶Communicantes, & diem sacratissimũ celebrantes, quo vnigenitus tuus in tua tecum gloria coęternus, in veritate nostrę carnis visibiliter corporalis apparuit.

¶In Quadragesima Præfatio.

¶Aeternæ deus, qui corporali ieiunio vitia cõprimis, mẽtem eleuas, virtutẽ largiris & præmia, per Christũ dñm nostrum, per quem maiestatem, vt supra in præfatione communi.

¶De resurrectione domini Præfatio.

¶ Aequum & salutare, te quidē domine omni tempore, sed in hac potissimū die gloriosius prædicare, cū pascha nostrū immolatus est Christus. Ipse enī verus est agnus, qui abstulit peccata mundi, qui mortē nostrā moriendo destruxit, & vitā resurgendo reparauit. Et ideo cū angelis & archangelis, cū thronis & dominationibus, cumq; omni militia, &c.

¶ Infra actionē.

¶ Communicantes & diē (vel noctem) sacratissimū celebrātes resurrectionis domini Iesu Christi secundum carnem, sed & memoriā venerantes, inprimis gloriosę semperq; virginis Mariæ, genitricis eiusdem dei, & domini nostri Iesu Christi. Sed & beatorum apostolorū.

¶ Hanc igitur oblationē seruitutis nostræ, sed & cūctæ familiæ tuæ quam tibi offerimus, pro his quoq; q̃s regenerare dignatus es, ex aqua & spiritu sancto tribuēs eis remissionē peccatorū quæsumus domine vt clemēter accipias.

¶ In ascensione domini. Præfatio.

¶ Aeternæ deus, p Christū dominū nostrū. Qui post resurrectionē suā oībus discipulis suis manifestus apparuit, & ipsis cernētibus est eleuatus in cœlū, vt nos diuinitatis suæ tribueret esse participes. Et ideo cū angelis & archangelis, vt supra.

¶ Infra actionē.

¶ Communicantes & diē sacratissimā celebrantes, qua dominus noster vnigenitus filius tuus, vnitam sibi fragilitatis nostræ substantiā in gloriæ suæ dextera collocauit. Sed & memoriā venerātes inprimis gloriosæ semperq; virginis Marię, genitricis eiusdē dei, & dñi nostri Iesu Christi, sed & beatorū, &c.

¶ In die Penthecostes. Præfatio.

¶ Aeternæ deus, per Christum dominū nostrum. Qui ascendens super omnes cœlos, sedēsq; ad dexteram tuā, promissum spiritū sanctum hodierna die in filios adoptionis effudit. Quapropter profusis gaudijs, totus in orbe terrarū mundus exultat. Sed & supernæ virtutes atq; angelicæ potestates, hymnū gloriæ tuæ cōcinunt, sine fine dicētes.

¶ Infra actiones.

¶ Communicantes, & diē sacratissimū penthecosten celebrātes, quo spiritus sanctus apostolis in linguis igneis apparuit. Sed & memoriam venerantes inprimis gloriosæ semperq; virginis Mariæ.

Mariæ, genitricis eiusdẽ dei, & domini nostri Iesu Christi, sed & beatorum apostolorũ.

¶De sancta trinitate. Præfatio.

¶Aeternæ deus, qui cum vnigenito filio tuo & spiritu sancto vnus es deus, vnus est dominus, non in vnius singularitate personæ, sed in vnius trinitate substantiæ. Quod enim de tua gloria (reuelante te) credimus, hoc de filio tuo, hoc de spiritu sancto sine differentia discretionis sentimus, vt in cõfessione veræ sempiternæque deitatis, & in personis proprietas, & in essentia vnitas & in maiestate adoretur æqualitas. Quam laudant angeli atque archangeli, Cherubim quoque & Seraphim, qui nõ cessant clamare quotidie, vna voce dicẽtes.

¶De sancta cruce. Præfatio.

¶Aeternę deus, qui salutẽ humani generis in ligno crucis cõstituisti, vt vnde mors oriebat, inde vita resurgeret. Et qui in ligno vincebat, in ligno quoque vinceret, per Christũ dominũ nostrũ, per quẽ maiestatẽ tuã laudant angeli, vt supra.

¶De beata virgine. Præfatio.

¶Aeternæ deus, Et te in veneratiõe beatæ Mariæ semp virginis, exultantibus animis collaudare, benedicere & pdicare. Quæ & vnigenitũ tuũ sancti spiritus obumbratione cõcepit, & virginitatis gloria permanente, huic mundo lumen æternũ effudit, Iesum Christum dominũ nostrum. Per quem maiestatem tuã laudant angeli. vt supra.

¶De Apostolis & Euãgelistis. Præfatio.

¶Aequum & salutare. Te domine suppliciter exorare, vt gregẽ tuũ pastor æternæ non deseras, sed per beatos apostolos tuos continua protectione custodias, vt iisdem rectoribus gubernetur, quos operis tui vicarios eidem cõtulisti præesse pastores. Et ideo cum angelis & archangelis.

¶De canone missæ, tertia decima parte. Cap. XXII.

PRæcipua missæ pars vulgo appellari cœpit Canon, interim'que aliis nominibus, f. Secretum, Actio & sacrificiũ dici cœpta est.

¶Canon quidẽ, id est, regula, quia verborũ eius paeris series & connexio regulariter & ordinate partim à Chr̃o, partim à sanctis patribus instituta sit. A Chr̃o nimirũ instituta sunt Matt. 26 verba sacramẽtalia, ad formã cõsecrationis attinẽta. Cetera vero Marc. 14 Lucæ. 22

quæ

quæ ad dei laudē dicuntur, & ad orandū pro populo Christiano
à sanctis patribus ordinata sunt, nō tamen vno tempore, nec ab
vno tantū authore, sed à diuersis & varijs tēporibus sunt ædita,
& per Gelasiū Max. Pont. præcipuæ collecta, licet posterius nō
nulla illis sint, & quidē non irreligiose adiecta.

¶Secretum vero dici, quoniam sub missa & secreta voce vel
ideo legatur, ne tā sancti mysterij verba manifeste prolata & pu-
blicitus quotidiano vsu vilescāt, & à laicis etiā in locis prophanis
indebite atq; irreuerenter proferantur, esset q; inde dei sup nos
Nume. 4 ventura de prophano eius diuino cultu seuera indignatio. Cur
minus: quū constet dñm per Mosen præcepisse ipsi Aaron & fi-
lijs eius, vt soli ingredietes tabernaculū omnia eius vasa inuolue-
rent, & cū mouēda essent castra, illa portāda singulis filijs Caath
distribuerēt. Ipsi vero filij Caath ac cæteri, nulla curiositate vide
rent, quæ essent in sanctuario priuāq; inuoluerent, alioqui more
rentur. Sic etiamnū non clam est, dñm dei magna plaga mortis
1. Regū. 6 aliquot millia hominū de viris Bethsamitibus, de populo. s. sep-
tuaginta viros, & quinquaginta millia plebis percussisse, q̄d vide
rāt archam dñi, quam ipsis videre ex officio nō licuerat. Sed cur
hoc: certe in exemplū, ne posteri quid tale attentarēt, diuinis q;
mysterijs vel ad iocum vel ad ludibriū abuterentur, sed cū timo-
re, tremore q; & summa reuerētia, hi tantū ad quos spectant, illa
ministeria religiosi tractarēt. Sane si vasa sanctuarij tabernaculi
Mosaici in tanta haberi iussa sunt veneratione, quæ solum figura
erāt & vmbra sacrorū nouæ legis, quid reuerētiæ & honoris exhi
bendū putemus sacratissimis verbis, adeo q; prorsus diuinis ipsi-
us Canonis, quæ dei Max. virtute & potentia Iesum Christū do
minū nostrū, agnum illum vere immaculatū de cœlo auocant:
Non dubiū, quin qui abutuntur his, seueriorē aliquando q̄ illi ex
perientur pœnā & vltionē, quū dei ipsius verba hoc sint illis an-
tiquæ legis vasis sanctiora, quo est veritas excellentior vmbra.
Hæc em̄ ipsum sunt illud pretiosum margaritū, quod Chrūs an-
Matth. 7 te porcos, id est, prophanos hoīes projciendum inhibuit, qui &
alias in trinitate dei nomen, quod cū eius verbo æquiualet, fru-
Deuter. 5 stra vsurpandū noluit, siquidē eum minime fore impunitum, qui
super re vana nomē eius adsumeret. Sic apostolus doctor gentiū
2. Cor. 12 vas electionis in tertiū raptus cœlum nō censuit licere homini. s.
alicui loqui verba arcana, quæ inibi audierat. Haud sane imme-
mor

mor Iesu Christi doctoris doctorum, vnicique magistri, qui tã legis antiquæ interpres, q̃ cõsummator perinde vt vmbrã, quæ pleraque in ver. test. fuere quasi oĩa interpretaturus, suis dixerat, tãtum discipulis datum mysteria tractare atque intelligere, cæteris vero ista hæc in parabolis audire cõcessum, eo indubie argumẽto, ne de se abditissima ignauissimo cuique tradita essent aliquã aut neglectui aut derisui, eũque admodũ denique animarũ saluti dispẽdio.

¶ Iam vero cõsideret pius homo q̃ impie nõnulli hactenus demeriti sint, qui hactenus nõ modo hæc diuina sacri Canonis verba citra officiũ suũ tractarunt, sed q̃ dici vel à probo homine audiri possit multo impudẽtius in ea scurrati sunt. An nõ longe q̃ Oza quondã pœna digniores, quẽ morte à dño repentina percussum legimus, quia ausu manus temerario in archam iniecerat quã isti nostri Ihebusæi nõ modo in archam illam Mosaicã, qua cœlestis manna continebatur figura eius manna quod de cœlo descendit, sed & in ipsum manna, verum. s. Iesu Christi, dei vnigeniti, redemptoris nostri Opr. sanctissimũque corpus, adeoque in eius sacrosanctum sacramentum debacchantur, & impie videntibus oculis peccant, indignissi meque sceuerãtur, prophanatores sacrorum mysteriorum Apostolorum quem verbo perperã gloriantur, facto ipso nequiter negantes, nimirum negligentes impudenter eorum, quæ is serio minatur, dicentis: Qui mandocat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicãs corpus domini. Sed vide an nõ vere in istos perditos Ihebusæos vaticinatus sit, inquiens: Ideo multi inter vos infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. Quare? Quia corpus dñi non diiudicant, id est digne, vt decet, tractant. Vnde quæso & ex cuius culpa tot nunc per totũ Christianũ orbem perniciosa bella, horrenda fames, læthiferæ pestes? vtique ex tã nephandis sceleribus & peccatis quæ certe horribilia pœnarum mala sunt futura multo crudeliora, si vel isti nõ destiterint à tã nephando facto, vel probi, piique homines à deo prouisionẽ misericordẽ nõ precati fuerint, vel magistratus, vt debẽt, in huiusmodi malefactores nõ animaduerterint. Facessant igit procul & erubescãt, qui pessimi & indurati, cæcique tã sacrosancta verba sanctæ cõsecrationis tã impie tractãt, impudẽterque effantur, quæ ne digni quidẽ sunt audire, queadmodũ huius diei, quæ titulo sexagesimæ inscribitur, Euangeliũ clare demonstrat, in primisque hoc nostrum vnde thema desumptum.

2. Regũ. 6

Psalm. 77
Sapiẽ. 16
Johan. 6.

1. Cor. 11.
Tit. 1.

P ¶ In ver-

¶In verba Matth. XIII. Lucæ. VIII. Marci. IIII. Vobis datum est nosse mysterium regni dei, cæteris aūt in parabolis. Cap. XXIII.

Q Vandoquidem sacrosanctum Euangelium, quod hodie lectitandum censuit ecclesia, à Christo vnico omnium scientiarum magistro, expositum est, non erit quod quis à me eius expostulet expositionē, quū
Matt. 10 Luc. 6 non deceat discipulum esse supra magistrum suum, sed sufficit illi, q᷑ sit vt magister suus. Quo sane dicto etsi ille intellexerit suos discipulos debere æquo ferre animo, si talia subeant & ferant probra & tormenta & conuitia, quæ prius præceptor eorum, & dominus pertulit, non tamen absurde & eò referri putarim, quo intelligamus discipulum nō debere plus velle aut melius sapere q̃ eius magister. Id quod faceret, qui hoc ipsum conaretur exponere, quod Christus tantus magister exposuisset, maxime, quod etiam alioqui nemo melius sua q̃ qui loquutus est, exponere que
Iohan. 3. Matt. 13. at. Quo nimirum expositore, eius nomine, qui exijt seminare, venit filius hominis, id est, ipsemet Christus in mundum prædica-
Lucæ. 21. tum veniens, vtens, post & ante quoq; suam ascensionem in cœlum, Apostolis & omnibus loco istorum prædicatoribus perinde
2. Cor. 5 de instrumento, quum ipse interim loqui & seminare dicatur, q̃niam ille istis dat os & sapientiam. Hinc Apostolus: Legatione fungimur pro Christo, tanquam deo per nos exhortante. Et
2. Cor. 13 aliàs: An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Christus. Vnde certe monemur, ne diuinū verbū ex persona ipsum dicente æstimemus, sed æque atq; ipsum à Christo proferatur habeamus, modo more Christiano proferaf, & nō falso & peruerso.
Matt. 10 Luc. 10 Sic Christus: Qui (inqt) vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit. Quo sane pacto etiā mali sunt audiēdi, verbū synceriter denūtiantes, non autem eorū vita est imitāda, Christo referente: Super cathedrā Mosi sedebant scribæ & pharisæi, omnia
Matt. 23 quæcūq; dixerint vobis, facite, secundū opera aūt illorū nolite facere, siquidem nō sua dicunt, sed quæ dei sunt.

¶Cæterum hic omnes corde percipiant, q̃ peccant qui indigne dei verbum prædicant, id est, qui nō faciunt ea quæ dicunt, nimirum dicentes bona operantes male, ad quos deus per Dauidem
Psal. 49 dicit: Quare tu enarras iustitias meas, &c. Arguam te & statuam, s. iniquitatem cōtra faciem tuam. Sane qui aliter q̃ docēt faciūt

faciunt, dicturi olim sunt ad Christũ: Domine dñe, nõne in nomine tuo prophetauimus, & in noĩe tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Ad quos ecõtrario Christus: Nunq̃ noui vos, Discedite à me omnes qui operamini iniquitatẽ. Debet eñ verus Ecclesiastes Christũ Iesum, prædicatorem prædicantium imitari, qui (vt Lucas scribit) cœpit facere & docere. Quid ni? Quando quidẽ castigo (inquit Paulus) corpus meũ, & in seruitutẽ redigo, ne forte cũ aliis prædicauerim ipse reprobus efficiar. Hinc idẽ paterne monet Timotheũ, dicens: Nemo adolescentiã tuam cõtemnat, sed exemplo esto fidelium in verbo, in cõuersatione, in charitate, in fide, in castitate. Hæc meditare, in his esto, vt profectus tuus manifestus fit omnibus, attẽde eñ tibi & doctrinæ, insta in illis. Hoc eñ faciens, & teipsum saluum facies, & eos qui te audiunt. Ille ergo Christi vice est, qui exijt seminare, s. verbum dei, vnde excrescit fides tanq̃ ex grano spica. Quod Apostolus attestatus, ait: Ergo fides ex auditu, auditus aũt per verbũ Christi. Terra, in quam seminatur verbum semen, est homo, ad quem aliàs dictũ legimus: Quid superbia terra & cinis. Formauit quidem dominus deus hominem (teste scriptura) de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculũ vitę, & factus est homo in animã viuentem. Hinc Ecclesiastes: De terra facta sunt, & in terram pariter reuertuntur.

Matth. 7
Actorũ. 1.
1. Cor. 9.
1. Tim. 4
Roma. 10
Ecclesi. 10
Gene. 2
Ecclesi. 17
Eccl. 3

¶ Quibus ita præmissis, facile summatim ex Euãgelio colligemus Christũ inibi significare, multos quidẽ vndiq; confluere ad prædicationem Euangelij, sed tamen nõ in omnibus gigni fructum, id accidere non ex docentia culpa, sed audientiũ vitio, nec parem gigni fructum in his, qui audirent, sed vt quisq; afferret animum à mundania cura, & cupiditatibus vacuũ, esseq; quatuor hominũ genera verbũ dei audientium varie. Primum eorum, qui susq; deq; audiunt, & auditũ prorsus per aliam aurem dimittunt. Cecidit eñ secus viam semen, & diabolus rapit, ne audientes per fidem salui fiant. Et sunt de numero illorũ, de quibus dominus: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorũ longe est à me. Audiunt aũt vere aliquid, qui & audiunt & intelligunt. Auditus est naturæ, intelligẽtiæ, obedientiæ, quem triplicem auditum subindicauit vnico carmine Dauid: Audi (inquiens) filia, & vide, & inclina aurem tuam. Et hoc est quod alius propheta hortatur: Audite audiẽtes me, Quod & dominus hodie notat dicẽs:

Esaiæ. 29
Matt. 15
Marci. 7
Psal 44
Esaię. 55

Qui habet aures audiendi, audiat, & cætera, id est, vere & non na-
turaliter solū audiat verbū meū, Secundū est eorū, quorū cor est
petticosum, id est, à charitate aridum, audientes quidem verbū
Dei lætanter, & dimittunt tempore tentationis, siquidem radi-
cem non habentes. Sunt sanè multi audientes disputationē con-
tra auaritiā vel luxuriā, qui adfirmant seculi contēptores vel etiā
castos esse beatos, sed vbi spiritus cōcupiscibiles eorū obtutibus
præsentant, mox ab eis, quicquid boni conceperūt, defluit. Hinc
Matt. 26 Christus discipulos suos inueniens dormientes, & perinde suorū
Marc. 14 verborū immemores dixit: Surgite, orate, ne intretis in tentatio-
Lucæ. 22 nem. Et aliâs: Beati qui audiūt verbū dei, & custodiūt illud. Ter-
Lucæ. 11. tium est eorū, qui & si dei verbū audiunt, intelligunt, amantq; ta-
men maiori cupiditate rerū mundanarū, scilicet diuitiarū, luxu-
riæ, gloriæ, honoris pellecti, ipsum reijciunt cupiditatē vanā se-
Hiere. 2. quentes. Ad quos dñs dicere potest: Me dereliquerunt, fontem
aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quę continere nō
Johan. 3. valent aquas. Item & hoc: Hoc autē est iudiciū, quia lux venit in
mundū, & dilexerunt homines magis tenebras q̃ lucem. Atqui
nullus horū trium de verbo dei habebit fructū, sed damnū potius.
Habebunt aūt qui sunt de quarto genere audientium, & sunt
qui aure, intellectu, obediētiaq;, id est, qui in corde bono & opti-
Lucę. 2 mo, audientes verbū, retinent, & fructū afferunt in patientia. Ex
quorū numero haud dubie fuit diua virgo, de qua dicitur: Et ma-
ter eius conseruabat om̄ia verba hæc in corde suo. In quo verbo
hodie dominus vult eos tria debere habere, qui fructuose audire
volunt, & prædicare dei verbū. Primo, vt optimo animo ipsum
prædicent & audiant, id est, non vt eo abuti velint, vel ad fallen-
dū, ad perperā cōmouendū, ad illudendū, vel scādalizādū, vel in
hunc modum alium, sed dūtaxat, vt inde cum alijs in Dei gloriā
Matth. 7 cædat, quod fiet, vbi amore salutis suæ causa audient, alioqui &
ipsi erūt, quos dominus iubet discedere à se quasi operarios ini-
quitatis, siquidem qui sunt non aliter atq; olim fuere, qui exorci-
stæ tentantes dæmonia adiurarunt in nomine Iesu, quem Pau-
Acto. 22 lus prædicaret, quibus diabolus deinde est dominatus. Ita nimi-
rum fiet & illis, qui verbo Dei nunc abutentes ex eo vitiorum
Phil. 2. operculum faciūt. In eos sanctè scribit Apostolus, vti alibi dictu-
ri sumus. Secundo, vt & illud retineant. Hinc Christus alibi:
Lucæ. 11. Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Et rursus:

Si q3

Si quis sermonem meũ seruauerit, mortem non videbit in æter- Iohan.8
num. Tertio, vt non modo simpliciter illud retineant, sed fructũ
afferant in patientia, id est, vt oĩa huiusmodi carnisq́ incom-
moda patienter ferentes bona opera faciant, quæ veræ fidei in- Matt.23.
hærent, alioqui frustra dei verbum auditur. Hinc dñs: Quæcũq́ Lucæ.11.
vobis dixerint, seruate & facite. Et rursum: Docentes eos serua- Marc.12.
re omnia, quæcũq́ mandaui vobis. Siquidem ait Paulus: Non au
ditores legis iustificabunt, sed factores legis. Sic Iohannes Ba- Matt.18
ptista alibi dixit: Omnis arbor, quæ non facit fructũ bonũ, exci- Roma.2
detur & in ignem mittetur. Sunt ideo nũc terra bona homines, q Matth.3
verbũ dei verè audiunt, retinẽt, iuxtaq́ illud operant, interimq́
proximo mala æquanimiter tolerant, qui cũ humiliter flagella
suscipiunt, post flagella ad requiem sublimiter cũ gaudio suscipi
entur. Hodierni igit Euangelij parabola docuit nos dñs, quo stu
dio sit accipiendus sermo doctrinæ cœlestis, si cupiamus ex eo
fructum exoriri, nobis saluti futurum.

¶Cæterũ quia hæc hactenus dicta tam sint salutaria, & neces-
saria scitu & factu, discipuli per mon quæsierunt seorsum (vt ait Marc.4
Marcus) quur hæc tanti momenti Iudæis loqueret in parabolis. Matt.13
Respondit ipse hic & in Matthæo: Vobis datum est nosse my-
sterium regni dei, cæteris aũt non, sed in parabolis. Quia modo
videret perinde iniquũ, quod aliquibus sua vellet esse aperta, ali-
quibus occulta, dñs iniquitatis suspitionem submouens respon-
det. Vt turbæ scilicet videntes non videant, & audientes non in-
telligant. Quasi diceret, datum est vobis, id est, volentibus & si-
militer dignis. Hæ enim putant se videre & non vident, & audi-
unt quidem sed non intelligunt, & quia superbę & indignę sunt
hmõi mysterijs, ideo ipsis ea merito occulant, qui & si propter-
ea sunt infelices, non tñ miserandi, quanq̃ miserrimi, nẽpe qui sci
entes volentes sibi accersunt exitiũ, & rejciunt salutẽ. Hoc aũt ita
se habere, iustissimus dñs dicto Esaiæ ostẽdit, qui de ipsis ad hæc Esai.6
loquit verba: Auribus audietis, & non intelligetis, & oculis cer-
netis, nec tamen videbitis. Incrassatum est eñ cor populi huius,
& auribus obsurdauerunt, & oculos suos occluserunt, ne quando
videant oculis, & auribus audiant, cordeq́ intelligant, tandemq́
conuertantur ad me, & sanem illos.

¶Ex quibus sanè omnibus nõ obscure intelligimus mysteria
per quàmplurima regni cœlorũ, id est, ecclesię nonnullos, deo au

thore, cælari debere. Primo ne si aperto dicerent, pusilli & infirmi inde ob eorum sublimitatē vel scandalizarent, vel nō ædificarentur.
Johan.16. Hinc ait dñs: Adhuc habeo vobis multa dicere, quæ nō potestis portare modo. Huius argumēto Apostolus ait: Dei sapiam,
1.Cor.2. quæ abscondita est, in mysterio loquimur, & quidē eam inter perfectos, inter vos aūt nisi Iesum Christum, & hūc crucifixum. Sic
Hebræ.2. aliās inquit: Perfectorum est solidus cibus eorum, qui pro ipsa cōsuetudine exercitatos habēt sensus ad discretionē boni ac mali. Se-
Matth.7 cūdo, vt iustitiæ norma seruetur, ne habeant ea indigni & inutiles, quibus indigni sunt, & quæ reiciūt sua sponte, iuxta Prophetæ dicta pauloante, sic dñs prohibuit sanctū, id est, rem sacram diuinisq; literis obstrusam dari canibus, id est, indignis. Tertio, ne (quod certū est) tam res sacræ perperā, & nō ad debitā reuerentiā tractarent. Sic Christus itē prohibet margaritas ante porcos proiici, ne videlicet eas suis pedibus conculcēt, id est, inquinent.
Matth.7 Quarto, ne isti indigni pinde līhebuspi surreptus illis mysteriis ea
Iohan.15 deinde peruerse interpretātes in eos, à quibus receperāt, depugnent, veritatē, adeoq; dei gloriā hominisq; salutē oppugnātes. Sic dñs sanctū canibus noluit dandū, ne isti conuersi, s. hæretici, qui ob istorum mordacitatē à Christo canes vocant, vos dirumpant, veluti fecerunt Hymenæus & Philetus, qui à veritate fi-
2.Timo.2 dei exciderūt. Sic & Alexander ærarius verbis Pauli restitit multum, quē ideoq; vitandū docet. Sic omēs fecerunt à fide & reli-
2.Tim.4 gione apostatæ & hæretici, qui à temporibus Apostolorum vsq; in hanc diem fuere. Quinto (quod ex his iam dictis subsequitur rationibus) ne huiusmodi malis hominibus maius præiudicium generaretur, si postquàm nouerint Christi mysteria, contēpsent.
2.Petri.2. Qui enī intelligit, & postea spernit, grauius punitur. Sic Petrus ait: Melius enī erat illis non cognoscere viam iustitiæ, quàm post agnitionem retrorsum conuerti ab eo quod illis traditum est sancto mandato. Illi enim scienter & temerē peccant, suntq; simil-
Johan.19. limi Iudæ, de quo Christus ad Pilatum: Propterea qui me tradidit tibi, maius peccatum habet. Sunt enim & illi proditores & homicidæ, qui (vt est in Actis) acceperunt legem in dispositione an-
Actoru.7. gelorum, & non custodierunt.

¶ Inde nemo pius est, qui nō videat quàm recte & rationabiliter ecclesia voluerit sua mysteria nōnullis esse occulta, quorum de numero præcipuū est missæ sanctæ canon, nec interim latere

potest

potest quempiam, quàm horrenda eos maneat pœna suo tempo
re, q porci atq; canes ea ipsa mysteria ficto hactenus peruerso'q;
animo surripuerũt, & demũ suis turpissimis pedibus cõculcarũt,
nulla'q; nõ cõtumelia impudẽter impie'q; affecerũt. Quàm ergo
rectius, & hoc Iesu Christi diligẽtius obseruatũ fuisset. Vobis da
tum est mysteriũ regni cœlorũ nosse, nõ aũt illis: Vobis, id est, q
quod datur simpliciter auide'q; accipitis, nõ illis, qui eo nõ solum
nõ fiunt meliores, sed & sceleratiores. Ex hoc aũt indubie nume
ro sunt, qui hactenus cõtra verbũ Christi: Caro mea vere est ci- Johan. 6.
bus, & sanguis meus vere est potus, & cętera, adeo'q; contra totã
Missam murmurantes, & scandalizati à Christo, summa veri-
tate, retro abierũt, & iam non modo cum illo nõ ambulãt, sed &
blasphemi & criminatores nihil nõ impietatis & conuitij in id-
ipsum verbũ, id est, in sacrosanctã missam effundũt, quibus vtiq;
melius esset, sanctũ tale nunq̃ nec audiisse nec intellexisse. Quàm
aũt sit hoc vere dictũ subsequenti de Canonis expositione tra-
ctatu videbimus. Ea propter, vt & eo, vnde sumus digressi, reuer
tamur, & rem, de qua nostra est disputatio, breuiter explicemus,
hoc etiam loco admonendum duximus.

¶ Missam recte dici ac esse sacrificium. Ca XXIIII.

CAnonem (quem recte secretũ appellari probauimus,)
actionem quoq; vocari, q̃m in ipso sanctissimũ Chri-
sti mysterium peragitur, quo ex ineffabili sua charita-
te corpus suũ in cibũ, & sanguinẽ in potũ nobis hic pe- Matt. 26
regrinantibus pro viatico contulit, de quo aliàs ex sacris literis Marc. 14
plurima. Siquidem manna de cœlo, quod corporis Christi figu- Luc. 22.
ra fuit, datum est populo Israel quadraginta annis, quàmdiu sci-
licet demorati sunt in deserto, ita nobis in hac vita peregrinan- Johan. 6.
tibus datum est supercœleste mãna, vt hoc viatico, præsentis vi- Exo. 16
tæ cursum, & terram promissionis denique subeamus. Cœpit &
hic Canon appellari sacrificium scilicet laudis & iustitiæ, de quo
Propheta: Sacrificate sacrificiũ, & sperate in dño. Et aliàs: Disru Psalm. 4
pisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis, & nomen do-
mini inuocabo. Esse vero dici'q; missam recte sacrificiũ irrefraga
biliter. Primo, probatur authoritate Ecclesiæ, quæ tanti est, vt
Apostolus eam dixerit columnam & firmamentũ veritatis. Ea 1. Timo. 3
vero vbiq; (quod cõstat) & præcipue in orõnibus secretis officij
missæ celebratiõe, & quę p̃ cõsecratiõnẽ sacrã p̃cedũt, panẽ. s. vitalẽ,
& calicẽ

& calicem salutiferæ esse adfirmat sacrificiũ, quippe quæ nũc ho-
stiam, nũc victimã, nunc sacrificiũ, nunc oblationẽ appellãs. Se-
cundo, omniũ Christianorũ & ecclesiarũ quarũcunq; consuetu-
dine, qua ab initio ecclesiæ oẽs Christiani Missam vnanimi per-
inde cõsensu sacrificiũ, à re vtiq; ipsa vocarũt. Ea aũt consuetu-
1. Cor. 1. do tanti est, vt Paulus de modo orandi aliàs differẽs contra con
tentiosum hominẽ nihil aliud q̃ consuetudinẽ allegare cẽsuerit.
Tertio adsertione eorũ, qui apostolis proximi fuere. s. Clemẽtis
De i epi. ad orth. diui Petri discipuli, & in pontificatu soccessoris, Dionysij Pauli
Dio c. 3 discipuli, Ignatij apostolis cõtemporanei, Origenis, Chrysosto-
Dic 19. ad Smyr. mi, Damasceni, Basilij, Tertulliani, Cypriani, Hieronymi, Am-
Ori. i. tob brosij, Augustini, hocq; genus aliorũ, quorũ doctrinã, vitæq; san
Chry ho. ctimoniã deus & ante & post mortẽ, miraculorũ etiam virture,
17 i Heb. & potentia declarauit, qui oẽs vetustissimi patres in suis scriptis
Bas. 6 sy. Missam pro sacrificio fuisse receptam adseuerant, & Eucharisti-
Tert. de cul. fœm. am appellant sacrificiũ. Quanti vero nobis esse debuerit prisco-
Cepit ad rum virorũ & eorũ sanctissimorũ authoritas, in re dubia perqui-
Ecci hæc. renda, scriptura alibi satis insinuat, dicẽs: Interroga patrem tuũ
ad Heb. & annũtiabit tibi, maiores tuos & dicẽt tibi. Qui maiores? vtiq;
Deute. 32 qui bene nos præcesserunt, veluti apostoli & eorũ successores.
Dist. 92. c perueuit. Quarto authoritate Conciliorum, & præcipue Nicæni, semper
pro maximo habiti, in quo sancit in hæc verba. Peruenit ad san-
ctum Conciliũ, q̃ in locis quibusdam & ciuitatibus, presbyteris
sacramẽta diaconi porrigant. Hoc neq; ecclesia neq; consuetu-
do tradidit, vt hi, qui offerẽdi sacrificij nõ habent potestatem, iis
qui offerũt, corpus Christi porrigãt. Et Innocẽtius tertius in cõ
De suma tri. & fide, c. Firmitẽ credimus. cilio generali: Vna vero est ecclesia fideliũ vniuersalis, extra quã
nullus homo saluatur, in qua idem ipse sacerdos est sacrificiũ Ie-
sus Christus, cuius corpus & sanguis in sacramẽto altaris sub spe-
ciebus panis & vini veraciter cõtinentur. Quanti vero debuerit
apud nos esse authoritas Conciliorum, arguunt Apostoli, quia
aliàs in Concilio collecti de nõ suffocato edendo & sanguine le-
Actorũ. 15 gem à Christo nunq̃ traditã gentibus imposuerunt, imò prohi-
buere, q̃d ille liberũ esse voluit, de quo alibi multa diximus. Quin
to verificatiõe (vt ita dixerim) figuræ implendæ, qua cõstat Mel
Genes. 14 chisedech summũ dei sacerdotem, non aliud obtulisse præterq̃
Psal. 109. panem & vinum in figurã Iesu Christi veri & æterni sacerdotis se
cundum ordinem Melchisedech, qui & ipse esset. s. in vltima cœ
na

na oblaturus suũ corpus & sanguinem sub specie panis & vini, quæ nimirũ veritas vmbram figuræ, Euangelijs testantibus, est clare sequuta. Sexto verificatione alterius figuræ implendæ, qua legimus in lege Mosaica præter agnũ paschalem, qui quotannis in festo paschæ immolabatur, fuisse inter cætera oblationum genera & iuge sacrificium, quo quotidie immolabatur agnus vnus mane & alter vesperi. Modo dubium non est, quin agnus, ĩ phase Iudæorum semel tantũ singulis annis offerri solitus, Christi oblationem in cruce factam, qua sumus à diabolo redempti, iuge vero sacrificium quotidie offerri solitũ repræsentarit quotidianam immolationem panis viuifici, & calicis benedictionis in Missæ celebratione, vt Christus iuxta perpetuationem sacrificij huius sacerdos sit in æternũ, secundũ ordinem Melchisedech. Hoc vero ipsum figurã olim repræsentasse, & iam verificatum ostendit Apostolus, inquiens: Pascha nostrum immolatus est Christus. Certe arguit Iudæorũ pascha sic ad Christianorũ se habere, quẽadmodũ figura ad veritatem, & ad corpus vmbra, & vt illorum pascha legalis agni fuerit sacrificiũ, ita nostrum pascha veri agni sacrificium est, quod & alio in loco abunde docuimus. Septimo, promissione dei Max. qua ille nouæ legis tẽpus & gratiam adspetiens, se reprobaturũ promittit veteris legis hostias, gratamq́ habiturũ oblationem vnam, mundã, quæ in omni natione illi offeratur, dicens: Nõ est mihi voluntas in vobis, & munus nõ suscipiam de manu vestra. Ab ortu enĩ solis vsq; ad occasum, magnũ est nomen meũ in gentibus, & in omni loco sacrificatur & offertur mihi oblatio mũda. Quæ oblatio? Nonne Eucharistia omni puritate plenissima? Et dicit in omni loco, qa Eucharistia in omni terra sacrificat, quo venit fides Christi iuxta Dauid: In omnẽ terrã exiuit sonus eorũ. Octauo, verbis apostoli dicentis: Videte Israel secundũ carnem. Nõne qui edũt hostias, participes sunt altaris? Quid ergo? dico quod Idolis immolatum sit aliquid, aut quod Idolum sit aliquid? Sed quæ immolant gentes, dæmonijs immolant & nõ deo. Nolo aũt vos fieri socios dæmoniorũ, non potestis mensæ dñi participes esse, & mensæ dæmoniorum. Hic profecto Apostolus vult: Quemadmodum in mensa dæmoniorum, qui participes fiunt eorum, quæ illic dæmonibus offerũtur consortium cum ipsis ineunt dæmonijs, ita & qui in mensa dei communicant, oblatis istic victimis consotiationem quandam

Matt. 26
Marc. 14
Lucæ. 12.
Ex. 12. 29
Nume. 28
Gene. 14
Psal. 109
Hebræ. 7
1. Cor. 5
Malac. 1.
Psalm. 8
Roma. 10
1. Cor. 10
Deute. 32

ineunt cum deo. Sane inquiens, quoniam vt carnales Iudæos, victima (quam offerebant) ipsos effecit participes altaris, ita & victima, quæ vel in mensa domini vel dæmoniorum offertur, aut illius, aut istorum constituit participem. Liquet igitur ex verbis & sententia apostoli corpus & sanguinẽ domini victimã esse & sacrificium oblatum in mensa domini. Nono, verbis Iesu Christi ipsius veri sacerdotis atque simul sacrificij dicẽtis: Hoc facite in meã
Luce. 22
cõmemorationem. At hoc facite, quid aliud est, q̃ sacrificare, id quod nihil aliud est q̃ sacra facere, quæ sacerdos procul dubio facit, quoties panem & vinũ consecrat & offert, modo vbi sacra fiunt, illic oportet sit sacrificatio.

¶ Postremo, necessitate legis nouæ, eiusdẽque perfectissimæ, cõstat nimirum, nullam fuisse legem vnq̃ absque sacerdotibus, neque sacerdotes absque sacrificio. Siquidẽ in veteri lege, quæ nostræ (quã nouam dicimus) vmbra fuit, erãt sacerdotes & sacrificia, quibus & in hac lege noua quædã similia oportet respondeant, quando
Exod. 25
quidẽ iussus sit Moses omnia facere secundũ exemplar, quod in monte ei monstratũ fuit. Quod autem erit nostræ legis sacrificium, nisi Eucharistia, hostia illa sine labe purissima? Sin aliquod in lege euangelica esse inficiabetis, iam legẽ Christi, eiusque sacerdotium plane negabis, quia neutrũ sine sacrificio subsistere potest. Sin esse concesseris, nõ erit aliud q̃ Eucharistia.

¶ Nec dicere obstabit.

Psalm. 50
Roma. 12
Philip. 4
1. Petri. 2
¶ Primo, nouæ legis esse sacrificiũ, ipsam corporis castigationem, orationẽ, eleemosynã, hocque genus similem bonã operationem. Respondeo. Hanc hostiam omnibus & in vet. testa. offerri fuisse preceptam, vti passim sacris literis patescit, adde nihil (vt isti dicunt) nostrũ esse mundũ, ergo non offerri potest, quum hostia, qua deus placatur, prorsus esse mũda debuerit.

Hebr. 10
¶ Secundo, nõ obstat, q̃ Apostolus dixerit hunc. s. Christum pro peccatis offerentem hostiam, in sempiternũ sedere in dextera patris, vnaque oblatione, cõsumasse in sempiternũ sanctificatos &c. Respondeo, Apostolum inibi verba facere de vna hostia in ara crucis pro peccatis nostris oblata in die passionis dñicæ, non iterata neque iterãda, secundũ illã rationẽ & modũ, quo ad immor
Roma. 6.
talitatis gloriam intra triduũ Christus post crucis perpessionem vere surrexit, non aũt de immolatione eiusdem hostiæ sub forma panis & vini, instituta in cõmemorationẽ primæ oblationis,

quod

q̃d ea & sequētet fiat ex Chri cōstitutione (q dixit, hoc facite in meā cōmemorationē, & quotienscūq; feceritis, in mei memoriā facietis) & p pctis nostris expiādis q̃tidie deo exhibeat, veluti alias (vt supra) de ea sensit. Et quanq̃ is verus agnus in cruce pro nobis fuerat immolatus, nō in cruce tamē edebatur, sed in altari dūtaxat. Et agnus item ipse verus, nēpe Christus Iesus, q in cruce passus fuit, in altari q̃q; sit pascha nostrū, dicēte ipso apostolo: Pascha nostrū immolatus est Chrūs. Neq; duo tñ paschata sunt aut duo sacrificia. s. vnū pascha, vnūq; sacrificiū, quādoquidē alterū est alterius repraesentatiuū. Nā in vtroq; verus & idē est agnus Chrūs Iesus, q vt olim & in coena fuit oblatus, & in cruce per mortem fuerat immolatus, ita nūc immolat quotidie, nimirū vt apud nos mortis Christi memoria renouet. Nā quid est aliud annunciare mortē dñi, q̃ sacrificium illud crucis repraesentare? Etsi eñi Chrūs pro peccatis omniū abolēdis mortuus sit, nemo tamē huius oblatiōis partiĉeps euadit, nisi q crediderit, & sacris ecclesiae mysteriis submiserit sese, hoc est ergo participē fieri redemptionis illius semp stātis, credere videlicet, & sacris ecclesiae quēlibet rite initiari. Huius aūt initiationis ministros quosdā oportuit designari, q̃s & sacerdotes vocamus, quorū est & hoc altaris offerre sacrificiū, quod quoties faciūt, etiā crucis ipsius & mortis referūt sacrificiū. Hinc licet redemptio ista in cruce semel facta, sempiternū habeat vigorem, nō tamen singulo cuiq; peccatori virtus eius accōmodatur, nisi media quibusdam. Luce. 22 1. Cor. 11. 1. Cor. 10 1. Cor. 5 1. Cor. 11.

¶ Tertio nō obstat, Christū (teste Paulo) semel esse oblatū, nec esse deinceps ab aliquo offerendū. Respondeo, Christū post sui in cruce oblationē nō voluisse rursum ab vllis offerri eodē, q̃ prius schemate & mō, vtpote in ,ppria corporis forma visibili & passibili, offerri tamē se voluisse vsq; ad cōsummationē seculi sub speciebus. s. panis & vini, cōtinentibus verū suū corpus & sanguinē inuisibiliter & impassibiliter. i. mystice, hunc ipsum offerēdi modum eo ipso instituente, in vltima coena, dicēte: Hoc facite in meam commemorationem, &c. Et apostolus ait: Quotiescūq; eñi manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem domini annunciabitis, donec veniat. Hinc. Hebr. 9. Luce. 22 1. Cor. 11.

¶ Quarto nō obstat dicere. Quod sacrificare sit mortificare, & sic resacrificare sit Christū recrucifigere, sacrificiū eñi nō fieri sine mortificatiōe & sanguinis effusiōe. Respōdeo nō esse verum,

ineunt cum deo. Sane inquiens, quoniam vt carnales Iudæos, vi-
ctima (quam offerebant) ipso effectu participes altaris, ita & vi-
ctima, quæ vel in mensa domini vel dæmoniorum offertur, aut il-
lius, aut istorum constituit participem. Liquet igitur ex verbis &
sententia apostoli corpus & sanguinē domini victimā esse & sa-
Lucæ. 22 crificium oblatū in mensa domini. Nono, verbis Iesu Christi ip-
sius veri sacerdotis atq; simul sacrificij dicētis: Hoc facite in meā
cōmemorationem. At hoc facere, quid aliud est, q̄ sacrificare, id
quod nihil aliud est q̄ sacra facere, quæ sacerdos procul dubio fa-
cit, quoties panem & vinū consecrat & offert, modo vbi sacrafi-
unt, illic oportet fit sacrificatio.

¶ Postremo, necessitate legis nouæ, eiusdēq; perfectissimæ, cō-
stat nimirum, nullam fuisse legem vnq̄ absq; sacerdotibus, neq; sa-
cerdotes absq; sacrificio. Siquidē in veteri lege, quæ nostræ (quā
nouam dicimus) vmbra fuit, erāt sacerdotes & sacrificia, quibus
Exod. 25 & in hac lege noua quædā similia oporteat respondeant, quando
quidē iussus sit Moses omnia facere secundū exemplar, quod in
monte ei monstratū fuit. Quod autem erit nostræ legis sacrifici-
um, nisi Eucharistia, hostia illa sine labe purissima? Sin aliquod
in lege euangelica esse inficiaberis, iam legē Christi, eiusq; sacer
dotium plane negabis, quia neutrū sine sacrificio subsistere po-
test. Sin esse concesseris, nō erit aliud q̄ Eucharistia.

¶ Nec dicere obstabit.

Psalm. 50 ¶ Primo, nouæ legis esse sacrificiū, ipsam corporis castigatio-
Roma 12 nem, orationē, eleemosynā, hocq; genus similem bonā operati-
Philip. 4 onem. Respondeo. Hanc hostiam omnibus & in vet. testa. offer-
1. Petri. 2 ri fuisse præceptam, vti passim sacris literis patescit, adde nihil (vt
isti dicunt) nostrū esse mundū, ergo non offerri potest, quum ho-
stia, qua deus placatur, prorsus esse mūda debuerit.

Hebr. 10 ¶ Secundo, nō obstat, q̄ Apostolus dixerit hunc. s. Christum
pro peccatis offerentem hostiam, in sempiternū sedere in dexte-
ra patris, vnaq; oblatione, cōsumasse in sempiternū sanctificatos
&c. Respondeo, Apostolum inibi verba facere de vna hostia in
ara crucis pro peccatis nostris oblata in die passionis dñicæ, non
iterata neq; iterāda, secundū illā rationē & modū, quo ad immor
Roma. 6. talitatis gloriam intra triduū Christus post crucis perpessionem
vere surrexit, non aūt de immolatione eiusdem hostiæ sub for-
ma panis & vini, instituta in cōmemorationē primæ oblationis,
quod

q̃d ea & frequẽter fiat ex Chri cõstitutione (q dixit, hoc facite in Lucæ. 22
meã cõmemoratione, & quotienscũq; feceritis, in mei memoriã 1 Cor. 11.
facietis) & p pctis nostris expiãdis q̃tidie deo exhibeat, veluti a- 1 Cor. 10
liàs (vt supra) de ea sensit. Et quanq̃ is verus agnus in cruce pro
nobis fuerat immolatus, nõ in cruce tamẽ edebatur, sed in altari
dũtaxat. Et agnus item ipse verus, nẽpe Christus Iesus, q in cru-
ce passus fuit, in altari q̃q; fit pascha nostrũ, dicẽte ipso apostolo: 1 Cor. 5
Pascha nostrũ immolatus est Chrũs. Neq; duo tñ paschata sunt
aut duo sacrificia. s. vnũ pascha, vnũq; sacrificiũ, quãdoquidẽ al-
terũ est alterius repræsentatiuũ. Nã in vtroq; verus & idẽ est ag-
nus Chrũs Iesus, q vt olim & in cœna fuit oblatus, & in cruce per
mortem fuerat immolatus, ita nũc immolat quotidie, nimis; vt
apud nos mortis Christi memoria renouet. Nã quid est aliud an
nuntiare mortẽ dñi, q̃ sacrificium illud crucis repræsentare? Etsi 1 Cor. 11.
eñi Chrũs pro peccatis omniũ abolẽdis mortuus sit, nemo tamẽ
huius oblationis particeps euadit, nisi q crediderit, & sacris eccle-
siæ mysterijs submiserit sese, hoc est ergo participẽ fieri redem-
ptionis illius semp stãtis, credere videlicet, & sacris ecclesiæ quẽ-
libet rite initiari. Huius aũt initiationis ministros quosdã opor-
tuit designari, q̃s & sacerdotes vocamus, quorũ est & hoc altaris
offerre sacrificiũ, quod quoties faciũt, etiã crucis ipsius & mortis
referũt sacrificiũ. Hinc licet redemptio ista in cruce semel facta,
sempiternũ habeat vigorem, nõ tamen singulo cuiq; peccatori Hebræ. 9.
virtus eius accõmodatur, nisi medijs quibusdam.

¶ Tertio nõ obstat, Christũ (teste Paulo) semel esse oblatũ, nec
esse deinceps ab aliquo offerendũ. Respondeo, Christũ post sui
in cruce oblationẽ nõ voluisse rursum ab vllo offerri eodẽ, q̃ pri-
us schemate & mõ, vtpote in ppria corporis forma visibili & passi
bili, offerri tamẽ se voluisse vsq; ad cõsummationẽ seculi sub spe-
ciebus. s. panis & vini, cõtinentibus verẽ suũ corpus & sanguinẽ
inuisibiliter & impassibiliter. i. mystice, hunc ipsum offerẽdi mo
dum corpsoristituente, in vltima cœna, dicẽte: Hoc facite in me Lucæ. 22
am commemorationem, &c. Et apostolus ait: Quotiescũq; eñi 1. Cor. 11
manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem domini
annunciabitis, donec veniat. Hinc.

¶ Quarto nõ obstat dicere, Quod sacrificare sit mortificare, &
sic resacrificare sit Christũ recrucifigere, sacrificiũ eñi nõ fieri si-
ne mortificatiõe & sanguinis effusiõe. Respõdeo nõ esse verum,

testibus latinis authoribus, quod sacrificare sit mortificare, sed sacra facere, nec sacrificiũ, non nisi morte fieri reali, alioqui oportere res eas occidi, quæ inanimatæ vita carẽt, scilicet, orationes, eleemosynæ, hęcq; genus bona opera, quæ deo monemur offerre, Itemq; oportere nosmetipsos realiter (vt ita dicam) occidere qui & ipsi monemur deo offerri per Apostolum, dicentem: Obsecro vos per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra, hostiam viuentem, sanctam, deo placentẽ, rationabile obsequiũ vestrũ. Hoc tamen concesserim, Christũ in altari mystice, id est, per repræsentationẽ & dulcẽ eius passionis amaræ memoriam nobis crucifigi & occidi, quo sanè pacto nõ modo Christus nunc quotidie occiditur à sacerdotibus nouæ legis, sed & in veteri lege, imò ab initio mundi sacrificatus est & occisus. Apocalypsi dicente: Et adorauerũt eum om̃es, qui inhabitãt terrã, quorũ non sunt scripta nomina in libro vitæ agni, qui occisus est ab origine mundi. Ita nimirũ Christus à Patriarchis in lege Mosaica & naturæ oblatus est & occisus, nõ vtiq; realiter, sed in spiritu, & fide atq; figura futuri Christi, in sexta ætate offerẽdi, siquidem om̃ia sacrificia tam legis naturalis q̃ scriptæ sacrificium Christi præfigurarint, quæ & deo patri virtute dilecti filij sui accepta fuere. Vnde sequi necessum est, quẽadmodũ Christus ab origine mũdi occisus sit, ita quoq; sit & oblatus, scilicet figuraliter, mystice, spiritualiterq; in fide sequi quoq; eam oblationẽ fuisse, verã hostiã, licet nõ realẽ, nec aliã ab ea, qua Christus se in cruce obtulit. Vnde claret oblationẽ Christi factã esse in spiritu, mysterio & fide. Itemq; realiter in cruce, in quibus sane ambobus modis, vnus est Christus, vna fides, vnus qui offert, vnus q̃ offert. s. Christus, caput ecclesiæ, & eius corpus. s. ecclesia, vnà cũ suis membris, vnus qui acceptat oblationẽ deus pater, vna intẽtio (loquẽdo generatim & cõiter). s. pro salute electorũ & fideliũ. Hinc deniq; sequi, Chr̃m pariformiter in noua lege offerri rõne prædictę vnitatis ecclesiæ à principio vsq; in finẽ & vnitate fidei hostiæ, intẽtionis & acceptãtis, ipsumq; in sancto altaris mysterio nõ iterũ sacrificari vt in cruce oblatus est, ꝓpterea'q; nõ recrucifigi, sed sub mysticis panis & vini signis gloriosum & immortalẽ offerri.

1.Petri.2.
Roma.12
Philip.4
Apo.13

¶Quinto, non obstat dicere: Christũ in huius sacramenti institutione, nullam fecisse mentionem de sacrificij vocabulo. Respondeo: Sufficere, eum esse vsum verbo facere, quod idẽ est etiã

apud

apud Ethnicos authores, quod litare, offerre, sacrificare, rem q; sacram facere. Vergilius: Quum faciam vitula pro frugibus ipse venito. Theocritus: Quũ facies agno nymphas veneratus agrestes. Et apud alios quoq;, licet itaq; vocabulũ sacrificij nominatim non exprimatur, aliatñ ponuntur verba, tantundem significantia. s. hoc facite &c. Et hæc quotiescũq; feceritis. Insuper & si Christus in vltima cœna illud admirabile mysteriũ, nõ vt vnicũ & perpetuũ nouę legis sacrificiũ instituisset (q̃d tñ non cõcesserim) inspiratione tñ spũs sancti, cui æqua est cum filio authoritas, per Apl'os illud fuisse institutũ sufficeret, vt hactenus in ecclesia Catholica, quæ à spiritu sancto regitur, obseruatum est.

Vergil. Aeglo. 3. Theocri. Aeglog. 5

Johan. 14 et 16

¶ Sexto, nõ obstat dicere: Quod Christus in vltima cœna nõ vsus sit verbis, dicens: Ego libo, offero, sacrifico, &c. ergo ne tũc fuit hoc sacramentũ sacrificiũ. Respondeo: Etsi nec in initio ecclesiæ cõsecrationi panis & vini verba deprecatoria sacerdotum fuissent adiecta, oblationẽ fieri attestantia vti nunc, veram tñ fuisse oblationẽ, siqdem ea magis in rerũ exhibitione q̃ verborũ, sacrificium significantium, expressione cõsistat. Sic & si in antiquæ legis sacrificiis sacerdotes, quum obtulerunt deo hostias, integrũ confecerunt sacrificium, quum eos obseruarent ritus, quibus immolationes illæ secundum diuinam sanctioem fieri debuerunt, quàmuis nulla proferrẽt verba sacrificij illius significatoria, quæ nũc propter rudes in piã deuotionẽ recte sunt adiecta. Quãuis nemo pius neget, verã fuisse sacrificationẽ, & sacrificij oblationẽ quãdo Christus eleuatis in cœlum oculis panẽ & vinum consecrauit, cœlesti adhibita benedictione.

Matth. 26

¶ Septimo, nõ obstat dicere: Esse sacrificij, vt totũ deo offeratur nihilq; ex eo hoibus relinquatur, verũ corpus Christi à sacerdote totũ comedi &c. Respondeo: Primo id esse falsum, qm̃ fuere in veteri lege sacrificia, in qbus pars deo relinquebatur, altera in vsum offerentiũ cõcedebatur. Secũdo, nõ oportere quosuis antiquorũ sacrificiorũ ritus inueniri & locũ habere in hoc nouę legis sacrificio qm̃ cũ illis hostijs & cęrimonię eorũ oblatiõis sunt ablatæ, & cum nouo sacrificio nouus offerẽdi ritus institutus, dño dudũ dicẽte: Ego noua facio oĩa. Vnde & Apl'us: Vetera transierũt, ecce facta sunt oĩa noua &c. Figura prętereunte, veritate sequente.

Leuit. 7

Apo. 21 2. Corin. 5.

¶ Octauo, non obstat dicere: Hoc sacramentum esse hominis spiritualem cibum, ergo non sacrificium. Respondeo: Posse

Exo. 12 Leui. 6 quidem veræ esse. Siquidem in veteri testamẽto agnus paschalis
Nume. 14 idẽq; typicus fuerit immolatus, deindeq; totus manducatus. Sic
Leuiti. 24 tũ quoq; primitiæ & multa hostiarũ gña & panes propositiõis pri
mũ offerebant deo, deindeq; in vsum cibi sacerdotũ vertebant.

¶ Nono, nõ obstat dicere: Sacramẽtũ Eucharistiæ, esse donũ
à deo datũ, quod Christus nos accipere iussit, ideo nõ sacrificiũ,
quod offerimus & cętera. Respondeo: Simul stare donũ & sacri-
ficium. Nam & sacrificia veteris ritus haud dubie dona dei fuere.
1. Cor. 4. Quid enĩ homo habet quod nõ vti donũ à deo recepit? Quum
Psal. 49 dñs ipse per Prophetam dicat: Meæ sunt oñes feræ syluarũ, iu-
Psalm. 23. menta in montibus & boues. Et Psalmista: Dñi est terra & pleni
tudo eius, &c. Qui & idem Propheta aliâs exilaratus spiritu ob
promptã oblationẽ populi, donaria cumulatissime conferẽtis,
in futurã templi extructionẽ, & grãs deo exoluens de tanta bene
ficiorũ largitate inter cætera piè & verè professus est. Tua sunt,
1. Para. 29 inquiens, oñia dñe, & quę de manu tua accepimus, dedimus tibi.
Sanè intuẽs & dona dei in nos esse, & sacrificia, quæ deo offeri-
mus. Dona, quia nobis à deo conferunt, sacrificia, quãdo illi rur
Gene. 22 sus offerunt. Sic Abraham pro filio suo Isaac obtulit hircũ in ve-
pribus stantem à deo prouisum & datum.

¶ Decimo, nõ obstat: Sacramẽtum Eucharistię est promissio
ergo nõ sacrificiũ. Siquidẽ Christus dixerit: Hoc est corpus me-
um, quod pro vobis tradet. Et hic est calix sanguinis mei, q pro
Matt. 26 vobis fundet in remissionẽ peccatorũ &c. Respondeo: In prime-
ua illa Christi Eucharistiæ institutione nõ hæc solũ promissio-
nis, sed & alia insuper sacrificij verba cõtineri, nempè, Hoc facite
Lucæ. 22 1. Cor. 11 in meã commemorationẽ. Et quotiẽscunq; feceritis, in mei me-
moriam facietis. Sic missa nõ solum est promissio, sed & sacrifici
um, imò quæ propriè nõ est promissio, sed sacrificiũ. Licet enim
in verbis prædictis nõ negem expressam esse promissionem re-
missionis peccatorũ, atqui nego eam promissionẽ fieri sumptiõe
sacramẽti, sed pro sanguinis effusione, dum Christus seipsum in
cruce immolauit. Errãt igitur qui totam missæ virtutẽ dicũt po-
sitam in promissione remissionis, quũ sciamus, neq; Marcũ, neq;
Lucã, neq; Paulum de ea quicq̃ dixisse. Præterea demus missam
esse promissionẽ, nõ tamẽ hinc sequit, nõ esse simul & sacrificiũ,
quũ in veteri testamento fuerint sacrificia, quę simul erãt & pro-
missiones. Nonnè & Moyses pro ignorãtiæ peccato principis.

hircũ

hircum sacrificari docet. Moxq; subdit: Regnabitq; pro eo sa- Leuit. 4.
cerdos & pro peccato eius, & dimittetur ei. Sic non obstat. 5 et. 6

¶ Vndecimo, Missam esse testamentũ, ergo nõ sacrificiũ, quũ
ait Christus: Hic calix nouũ testamentum in meo sanguine &c. Luce. 22
Respondeo: Christũ eo dicto non dicere suũ sanguinẽ esse nouũ
testamẽtum, quũ reipsa nec esse possit, quãdo nihil nobis distri-
buit iussit, præter corpus & sanguinẽ, verũ testamẽti ideo memi-
nisse, vt ipsm effusione sui sanguinis in cruce cõfirmatũ oñdat, nõ
vt sanguinẽ aut calicem testamẽtum faciat, sed magis vt nouum
testamentum, id est, legem nouam à se latam pariter & cuncta,
quæ in ea promissa sunt, suo sanguine doceat esse corroborata.
Hinc Apostolus ait: Testamentum in mortuis confirmatum est Hebre. 9.
siquidem & verũ & necessarium sit, vt testamẽtum præeat testa- L. Cũ ble
toris mortem, quod nondum valet viuẽte testatore. Etsi testa- statuis
mentum dici possit promissio morituri, qua nuncupat hæredita- Para. ale
tem suam, & instituit hæredes, nõ tamẽ missæ, sed toti nouę legi ff. de bona
conuenit, nimirũ in qua Christus, qui pro peccatoribus erat mo- L. 1 ff. de
riturus, & sanguinem suum ad illius corroborationem fusurus, test
hæreditatem suam, nempe, cœleste regnum promisit. Hæredes L. 1 ff. de
vero pauperes spiritu, mites, lugentes, auidos iustitiæ, misericor Adimen-
des, mundo corde, pacificos, & denique propter iustitiam perse- legat. l. nec
quutionem passos instituit. Beati (inquiens) pauperes spiritu, non C. de
quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Sic sane Christus non Cape
testatur suam mortem, & sanguinis effusionem, sed testamentũ Matth. 5
sua morte per sanguinis effusionem corroborat, quod & Pau-
lus adfirmat ad Hebræos, sicut & olim vetus testamentum pecu- Hebr. 9
dum sanguine confirmabatur. Et ita quidem recte nouum testa-
mentum non Christi sanguinem, sed diffiniemus esse legem no-
uam à Christo latam, & eius obsignatam sanguine, cuius pro-
fessores, hæredes instituuntur regni cœlestis, de quo testamento
Paulus, post Prophetam ait: Nam hoc est testamentũ, quod dis- Heb. 9
ponam domui Israel, post dies illos dicit dominus deus, dans le- Numer. 28
ges meas in mẽtem illorũ, & in corde illorũ inscribam illas. Sicut
enĩ Moses olim accepto calice, in quo sanguis pecudum fuit, eo- Exo. 24.
dem stabilire vetus testamentũ est conatus, inquiẽs: Hic est san-
guis testamẽti, q̃d mãdauit vobis deus. Ita & Christus accepto Mar. 14
calice, quo proprius ipsius sanguis cõtinebat, eodẽ prorsus no-
uum testamentũ cõfirmauit apud Marcũ, dicẽs: Hic est sanguis
meus

meus noui test. qui pro multis effundetur in remissionē peccatorum. s. q̃d sanguine pecudū (teste apostolo) fieri nō potuit. Sequitur ergo neq; Christi sanguinem posse nouū testa. dici, sicut neq; vitulorum & hircorum sanguis testamentū vetus dicebatur. Id q̃d stultum esset, simulq; ridiculū dicere, cuius opinionis nemo vnq̃ sanæ mentis fuit, vt dixisset, hic calix est testamentum: vel, hic ca-
Lucæ 22 lix est missa, quod nunquā est lectum. Quod vero Lucas vnà cū
1. Cor. 11 Paulo præceptore suo dicit: Hic calix, nouū testamentum est in meo sanguine, &c. accipiendum est secundum intelligentiam,
Mar. 26 quam alij Euangelistæ tanquam expositores explicant, dicentes
Mar. 14 Hic est sanguis meus noui testamenti, quod tantundem valet, atq; hic est calix noui testamenti in meo sanguine, id est, calix benedictionis ad nouum attinens testamentū meo sanguine confirmandum & stabiliendum, vt supra. Præterea si illis verbis Christus voluisset intelligi Missam esse testamentum nouum, testamenti non nouis meminisset, quum de corpore suo, q̃ quum de sanguine fuisset loquutus, quum ad Missam æque pertineat corporis atq; sanguinis sui sacramentum.

¶ Duodecimo nō obstat dicere. Quia laici solum dicuntur de Eucharistia communicare, nō etiam eam sacrificare, ergo nec sacerdotes sacrificant. Respondeo, Quod nō omnis sumens Eucha
Leuiti. 22 ristiam, est eam sacrificās, sicut & in veteri lege multis erat permissus vsus pariter & esus eorum, quæ domino fuerāt sanctificata, atq; oblata in sacrificiū, qui nō erāt sacerdotes.

¶ Tertiodecimo nō obstat, Eucharistiam vel Missam ex Christi verbis & Pauli esse cōmemorationē Christi passionis, ergo nō sacrificiū, &c. Respondeo. Neq; Christū, neq; Paulū negare missam esse sacrificiū, sed potius per verbū facere, adfirmare. Insuper ea ipsa Missa esse, diciq; potest sacrificium, quia mystice sacrificetur & commemoratio, quia eius sacrificij quo Christus se obtulit, fit memoria & recordatio, quemadmodū in veteri testamēto eadem oblatio, vtpote hirci pro peccato in festo expiati-
Leuiti. 23 onis, & immolatio agni paschalis in phase Iudæorum erat sacrifi-
Exodi. 12 cium, & figura futuræ tūc mortis Christi. Si itaq; in veteri lege multæ oblationes & sacrificia erāt & figuræ passionis dominicæ, necdū tunc exhibitæ, cur in nouo & euāgelicæ legis testamento, nō poterit idē sacramentū esse memoria Christi & esse sacrificiū quū nihil repugnet esse simul memoriā & sacrificium? Sic (quod

paulo supra dicere volebam) missa etiam potest esse sacrificium & testamentũ, quando .s. testamentũ accipias vulgo pro eo, q̃d à testatore cuiquã per testamenti ordinationẽ designatum est, quandoquidẽ & sacramentũ Eucharistiæ à Christo per mortẽ hinc transituro nobis legatũ est, eiusq; dilectæ sponsæ ecclesiæ in singulare munus charitatisq; donũ & pignus. Sic etiam pax dici posset testamentũ, quod Christus à suis discipulis abiturus, eã dederit, inquiens: Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Sic Dauid ait: Memor erit in seculũ testamẽti sui .s. Eucharistiæ, virtutem operũ suorũ annuntiabit populo suo. Et rursus ibidem: Redemptionẽ misit dñs populo suo, mandauit in æternũ testamentũ suum. Non autem est Missa testamẽtũ ea ratione, qua voluerunt hæretici, qua de paulo supra. Iohã. 14 Psal. 110

¶ Vltimo, non obstat dicere, Deum nobis esse placatum, neq; amplius iratum sacrificio placandum, &c. Respondeo, Deũ vtiq; esse placatum satisfactoria Christi passione & morte ob peccatũ primi parentis toti mundo quondam exitiale, propter peccata tamen, quæ in eum quotidie committimus, merito nobis esse iratum, ideoq; sacrificio illo salutari offerendo placandum, quo mitigetur eius in nos indignatio, iraq; illius à nobis auertatur. Quũ enim sacrificium corporis & sanguinis oblatum in Missa referat ipsum crucis sacrificium, ab eoq; omnem virtutem accipiat, imò perinde idem sit vtrunq; sacrificium, fit, vt quoties in Missa corpus & sanguinem Christi offerunt sacerdotes, toties nonnihil ex rubigine peccatorum adimatur, & ipsæ reliquiæ peccatorum iis pro quibus hoc sacrificium offertur, hauddubie remissiores euadant. Præterea hoc ipsum sacrificium non solum ad placandum deum, sed ob multas alias pias causas offertur & institutum est, sicuti ad finem dicturi sumus. Est ergo sententia vera, eademq; firmissima, qua dicimus Missam esse sacrificium, quæ authoritate ecclesiæ catholicæ, consuetudinis, conciliorum pontificum, probatorum interpretum, rationum scripturarum pluripharium est obfirmata, verum econtrario falsa & erronea, nuperq; peruerse conficta est opinatio eorum, qui Missam impudenter non minus impie negant esse sacrificium, procul dubio ex numero eorũ cæcorum, qui videntes cæci sunt, quos ex animo velim ad Iesum clamare cũ hodierni Euangelij cæco mendico, de quo inter exponendũ Euangelium hoc ipsum, aliqua dicemus. 2. Cor. 5 Iohan. 9.

R ¶ In

¶In verba Lucæ XVIII. Domine vt videam. Cap. XXV.

SAnè plurimum appositæ catholica ecclesia hoc hodierna die Euãgelium cẽsuit, hocq́ tempore legendum, quo suorum filiorũ calamitatem ob peccata cõtractã maternæ deplangit. Siquidẽ Gregorio teste, miracula domini nostri Iesu Christi sic accipiẽda sint, vt in veritate credãtur facta & tamen per significationem nobis aliquid innuãt, nempe quod opera eius & per potẽtiam aliud arguunt, & per mysteriũ aliud loquũtur. Sic nimirũ quis iuxta historiã cæcus iste, de quo Euangelium, fuerit ignoramus, quem vero per mysterium significet haud obscure intelligimus. Cæcus etenĩ est genus humanũ, quod
Gene.3 in parente primo, vt est in Genesi, à paradisi gaudijs expulsum, supernæ lucis claritatẽ ignorãs, damnatiõis suæ tenebras patit, sed tamẽ per redemptoris sui præsentiã illuminatur, vt internæ lucis gaudia iam p desideriũ videat, atq; in via vitæ boni operis
Ephe.4. gressus ponat, Hinc apostolus ait: Hoc igitur dico & testificor in domino, vt iam nõ ambuletis sicut gentes ambulant in vanitate sensus sui, tenebris obscuratũ habẽtes intellectum, alienati à vita dei p ignorãtiam, quæ est illis propter cæcitatẽ cordis ipsorũ, q desperãtes semetipsos tradiderũt impudicitiæ in operationem immũditiæ omĩs in auaritiã. Atq; hoc ipsum genus humanum à Christo reilluminatũ est, quãdo is quasi lumẽ iuxta prophetam
Psalm.111 in tenebris illuxit. Hinc Petrus, qui, inquit: De tenebris vos vo-
1.Petri.2. cauit in admirabile lumẽ suum.

¶Cæterum quia mater sancta ecclesia (quod & nuper tractauimus) animaduertens suos filios ea ipsa vocatione tam se indignos reddidisse, tamq́; longe ab eo lumine recessisse, vt iuxta Pe
2.Petri.2 trum melius illis fuisset nõ cognoscere viam iustitiæ, id est, Chri
Malac.4 stum solem & lumẽ iustitiæ, quàm post agnitionẽ retrorsum cõuerti ab eo, quod illis traditũ est sancto mãdato, siquidẽ, quibus
Matt.12 posteriora sunt prioribus facta peiora, & p relapsum peccato-
Lucæ.11 res miserrimi, proindeq; vere cæci, ideo eos vult habere ast oculos cæcũ hodiernũ, vt cũ eo illuminari mereãtur. Et sanè peccatores cæci sunt, qui (vt Christus testatur) tenebras ipsas peccato
Johan.3. rũ magis dilexerũt quàm lucẽ, quæ in mũdum venit om̃es homines illuminatura. Ea quidem luce posthabita & relicta, nõ est, vt
Johan.8. quis vidẽs esse possit, domino dicẽte: Ego sum lux mũdi, qui sequitur

quitur me, nõ ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. q. d.
qui vero sequitur, cæcus in tenebris ambulat, id quod fieri solet,
quando quis mortale peccatum committens, mente obcæcatur,
tenebras quàm lucem magis diligens. Hinc propheta: Ambula- Sophon. 1.
bunt, ait, vt cæci, quia domino peccauerũt. Atqui de se illi meri-
to hoc prophetæ dicere possunt, Palpauimus quasi cæci parietẽ, Esaiæ. 59
& quasi absq; oculis attrectauimus, impegimus meridie quasi in
tenebris, in caliginosis quasi mortui, nimirum quos, vt Sapiẽtia Sapiæ. 2
dicit, malitia eorũ excæcauit. Quorum ex numero quia præcipu
os esse dubitat eos, qui hac tempestate in rebus diuinis, & iis,
quæ dei gloriam, hominisq; salutem concernũt, adeo cæcutiunt
vt lucem in tenebras, id est, sancta in mala vertere non dubitãt.
Canonem hũc sacrosanctũ, de quo hactenus noster sermo, pro-
phanum & diabolicũ, atq; à Christo eiusq; sanctis patribus in-
stitutũ Antichristo, adeoq; diabolo, eiusq; angelis ascribere non
erubescunt, nempe haud dubio ex iis, ad quos Esaias ait: Væ qui Esaiæ. 5.
dicitis malum bonum, & bonum malum, ponentes tenebras lu-
cem, & lucem tenebras, ponentes amarum dulce, & dulce ama- Eccle 43.
rum, hi certe quia primum vt videri volebant, perscrutatores
& à gloria, scriptura referente, maiestatis oppressi tãdem à pro- Sapiæ. 2.
pria temeritate; malitia prorsus sunt obcæcati. Quos equidem
desperauerim aliquando reilluminatum iri, nisi hodierni Euan-
gelii cæcum pro virili sequãtur. Illum autẽ sic debent sequi. Pri-
mo, vt sedeant secus viam mendicãtes, id est, de æterna vita co-
gitãtes, peccata defleant & veniam suorũ peccatorũ humiliter pe
tant. Sic hortatur Iudith, inquiẽs: Sed quia patiẽs dominus est, Judith. 8
in hoc ipso pœniteamus, & indulgẽtiam eius fusis lachrymis po
stulemus. Sic Petrus abnegato vero lumine Christo, egressus fo- Matt. 26
ras, fleuit amare. Secundo quærãt de Iesu Nazareno, quis ille sit, Marc. 14
vt eum cognoscant, siquidem solus sit, qui teste Dauide, cæ- Psal. 145.
cos lumine suæ gratiæ illuminat. Quare ab eodem Dauide dictũ Psalm. 33
est ad cæcos peccatores, Accedite ad eũ & illuminamini. Sic ali-
as Christus cæcum illuminatum à se interrogat dicẽs: Tu credis Johan. 9.
in filium dei? Qui respondit, Quis est domine, vt credam in eũ?
Non debent autem interrogare de alio illuminatore, vtpote de
homine, de proprio ingenio, de scientia humana, deq; rebus va
nis aliis. Tertio, vbi de illo certi sunt p interrogatione & instru-
ctionem, debẽt ad eũ clamare nõ vt ad purũ hominẽ, sed vt ad

verum deum & verum hominem dicentes: Iesu fili Dauid, mise-
rere mei, quia filius Dauid, ideo homo, quia miserere, ideo deus,
Psal. 144 proprium em̃ est dei, misereri. Vnde Psaltes: Miserationes eius
Johan. 20 super om̃ia opera eius. Sic Thomas hac professione clamauit ad
Christum: Dñs meus, deus meus. Quarto, ne taceant turbis incre
pantibus, vt clamare cessent. Turbæ aũt increpantes sunt tumul-
tus reluctantiũ cogitationũ, peccata, dæmonia, inueteratæ ma-
lorum consuetudines, quæ vel om̃ia sæpe peccatores, ne redeãt
ad lumen vitæ, contradicũt, & retrahunt, & increpãt, alia ob ocu
Roma 7 los ponentia, quę caro desiderat & mũdus. Hinc Apostolus ait:
Caro em̃ concupiscit aduersus spiritũ, spũs aũt aduersus carnẽ.
Hæc em̃ sibi inuicem aduersant, vt non quæcũq; vultis illa facia-
tis. Video aũt aliam legẽ in membris meis repugnantẽ legi men-
tis meæ, & captiuantẽ me in lege peccati, quę est in mẽbris meis,
1. Per 2 hæc aũt lex quid aliud est, quàm carnalia, quæ (teste Petro) mili-
Gala. 5 tant aduersus animam, retrahuntq; à vero lumine ac increpant,
ne clamemus. Quæ quidem turbæ desideriorũ & peccatorũ, vbi
increpant, & impedire voluerint, ne lumen à Christo recipia-
mus, semper magis atq; magis, & quidem citra verecundiã cla-
mare debemus. Iesu, fili Dauid miserere mei, sanè magna mune-
ra sunt multis precibus impetranda, maxime quòd à peccatori-
bus longe est salus, qui ideo intensius, & frequentius clamare de-
Psalm. 118 bent. Sic fiet (quòd dñs alibi dicit) vt si perseuerauerimus pulsan-
tes, & si nõ dabit ille surgens, eò q amicus eius sit, propter impro
Lucæ. 11. bitatem tamẽ eius surget, & dabit illi quotquot panes habet ne-
cessarios, siquidem pulsanti aperiet. Sic certe quia cæcus hodie à
clamando non desijt, dominũ sistit, eumq; interrogare quid vel
let, coegit. Quinto, vt si peccatores dominum stantẽ, & perinde
per suam gratiam interrogantem quid velint, senserint, vtpote
deuoti peccataq; exosi, nõ petãt, neq; aurum, neq; argẽtum, ne-
que fugituros honores, neq; diuitias, neq; potentias, neq; id ge-
nus vana huius seculi bona, sed petãt cum cæco, dicentes: Domi
ne, vt videant, id est, petant liberari à peccatis, & in vera verita
tis cognitione illuminari, vt veræ lumen Iesum, id est, salutem
recipiant, qua petita cętera quoq; dabunt. Hinc dominus: Quę-
Matth. 6 rite (inquiens) primũ regnum dei & iustitiam eius, & hæc omnia
Johan. 1 adijcientur vobis. Regnum dei, quid est, nisi Iesus, qui salus est,
Matth. 1 via, veritas, & lux omnẽ hominem illuminãs, hic per grãm, ali-
Johan. 14 bi per

bi per æternam gloriam. Sic deus Solomonem petentem sibi da si sapiẽtiam, qua bene suum populum regere posset, dixit: Quia postulasti verbum hoc, & nõ petisti tibi dies multos, nec diuitias aut animas inimicorũ tuorũ, sed postulasti tibi sapiam ad discernendum iudicium. Ecce feci tibi scd̃m sermones tuos, & dedi tibi cor sapiens, & intelligens in tantũ, vt nullus añ te similis tui fuesit, nec post te surrecturus sit, Sed & hæc, quæ nõ postulasti, dedi tibi diuitias scilicet & gloriã, vt nemo fuerit similis tui in regibus cunctis retro diebus. Hinc ad matrem filiorũ Zebedæi, quia gloriam & regnum honoris ambitiose petierat, dñs ait: Nescitis qd petatis & cętera, ostendens nihil aliud petendum, q̃ quod cæcus hodie: Dñe, vt videam, scilicet mẽte te Iesum, id est, salutẽ recipiam. Quam si ex animo peccatores petierint, hocq; pacto cæcũ hodiernum imitati fuerint, profecto dñm cogẽt stare, eosq; illo misericorditer ad se adduci iubebit. Qui nimirum stat & vocat, quando tranquillitatem mẽtis redditam dulcedine suæ contemplationis vel tenuiter manifestat, qui prius propter tentationes, quas in oratione perpessi sunt, transire visus est. Ille aũt qui voce sistitur, inuocantes in fide exaudiet, dicens: Respice, id est, accipe salutẽ & veritatis atq; æternæ claritatis lumen, quia tu in me solum credidisti, meruisti habere non mõ corporis, sed & mẽtis illuminationem, docẽs interim neminem, qui nõ negligit pœnitere, de venia consequenda debere desperare, vt nuper ad longum disputauimus. 1. Regũ 3 Matt. 20

¶ Ad hunc vero modũ peccatores illuminati, & benigniter à deo exauditi rursus cæcũ hodiernũ illuminatum sequant, id est domino illuminanti sint grati. Quod fiet vbi primũ dñm sequẽrut nõ tam corpore quàm animo, operando s. bona, id quod est dñm sequi. Hinc Iohannes: Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Et Christus inquit: Si quis vult me sequi, deneget semetipsum, & tollat crucẽ suã, & sequatur me. Crucẽ aũt assumere est pati vel animo quę Christus passus est, tũc quidẽ conregnabimus cũ compatiemur. Secundo, vt deum magnificẽt, eiq; dent gloriam totumq; benefactũ illius misericordiæ ascribãt. Vnde Sapiẽs: Bono animo gloriã redde deo. Et Hieremias: Date dño deo vestro gloriam. Sic Propheta inquit: Non nobis dñe, sed nomini tuo da gloriam. Quam sane gloriam nec aliud deus vt suũ propriũ verus author à nobis de- 1. Johan. 2 Matt. 19. Marc. 8. Lucæ. 17. Eccl. 15 Hiere. 13 Psalm. 113

 poscit,

Esai. 41 poscit, eo ipso adfirmãte. Ego dñs, Hoc est nomẽ meũ, Gloriam meã alteri nõ dabo. Tertio, vt & alios ad glorificãdũ deũ prouo
Matt. 5. cẽt suis virtuosis dei noĩe opibus, id qđ debemus Chr̃o dicenti: Sic luceat lux vestra corãm hominibus, vt videãt opa vestra bona, & glorificẽt patrẽ vestrũ qui in coelis est. Hinc Petrus: Conuersationẽ vestrã, inquiẽs, inter gẽtes habẽtes bonã, vt in eo qđ detractãt de vobis tanquã de malefactoribus, ex bonis operibus
1. Petri. 2. vos cõsiderãtes, glorificẽt deũ in die visitatiõis. Atq; vtinã schismatici vel iam tãdem idipsum facere satagerẽt, vnáq; cum caeco hodierno clamarẽt. Dñe vt videas, scilicet ea quae sub sacramẽto nobis reliquisti. Cuiusmodi pcipua est missa, eiusq; pars maxima Canon, qui qualis sit videamus, quẽ lucidũ reddat caecis, qui hodie caecũ illuminauit.

¶De prima parte Canonis. Cap. XXVI.

TE igitur clemẽtissime pater p Iesum Christũ filiũ tuũ dominum nostrum, supplices rogamus & petimus vti accepta habeas & benedicas haec dona, haec munera, haec sancta sacrificia illibata.

¶Expositio.

¶Oratio est cũ praecedẽti sentẽtia, de qua pauloante, & hymno partim angelico, partim humano. Sanctus, sanctus, sanctus, &c. cõnexiua & ex ĳs verbis cõflata, quae deũ patrem, ad quẽ dirigit oratio, ad preces exaudiendas facile sit flexura ad hũc quidem modum. O pater coelestis, quia pleni sunt coeli & terra gloria tua, quia misisti miseratione tua ad nos filium tuũ benedictũ, qui p adsumptam humanitatẽ venit in hunc mũdum in nomine tuo, ideo te rogamus & petimus, vti accepta habeas, &c. Sanè
Esaiae. 1 quia per prophetas saepe dixisti, tibi nõ placere victimas & ho-
Hiere. 6. locausto mata ritus antiqui, quoniã futurum erat & instituendũ
Malac. 1. noue legis sacrificiũ tibi vnice placitum. Igif rogamus vt haec dona, munera, sacrificia grata habeas & bñdicas. i. vinũ & panem, in quae cõsecrãdum est corpus & sanguis filĳ tui dñi nostri secũdum ipsius institutũ. Et recte, quia solius dei est bñdicere nõ ho-
Nume. 16 minis, sed inuocare. Hinc dñs p Mosen. Inuocabũt (inqt) nomẽ meũ sup filias Israel, ego aũt benedicã eis. Dicũtur aũt hic vinum & panis cõsecrãda, dona, quoniã à deo nobis profecta, siquidem
Iacobi. 1. omne donũ pfectum desursum est. Munera & sacrificia, quia ab inferiore, & quidem deo offerunt, & à nobis reciproce ad deum

provo-

prō votorum affectu regrediunt. Hinc aliàs: Respexit dominus ad Abel ad munera eius. Siquidem donum dātis, munus recipiē tis, sacrificium offerētis sit. Genes. 4.

¶Nec est blasphemia & impietas (vt hæretici deblaterant) quod hæc munera vocantur illibata sacrificia, perinde impiū sit buccellam panis simplicis creaturæ vocare sanctam. Respōden. Hæc ipsa ita vocari, nō secūdum se, neq; secundum substātiam, neq; absolute, sed ratione significationis mysticæ, & quia nūc significant (ratione habita ad id, quod mox futurum est) sacrosanctum Christi corpus & immaculatum eius sanguinem, in quæ illa prolatione verbo: paulo post sunt vertenda, & ad sanctum vsum deputata. Sic Achimelech sacerdos ad Dauidem dicebat, in figura huius sacramenti. Non habeo panes laicos, id est, communes & omni vsui quotidiano commodatos, sed tantum panē sanctum, id est, sacerdotibus aptum. Et quidem illibata, quoniā sine macula opus sit ea offerri cordis & corporis, iuxta prophetam dicentem. Mundamini, qui fertis vasa domini. Et in Leuitico: Sancti erunt deo suo, & non polluent nomen eius, incēsum enī domini & panes dei sui offerūt, & ideo sancti erunt. Præterea quid impedit etiam creaturam inanimatam nominare sanctā, quum apostolus omnem creaturam bonā esse dixerit, perq; verbum dei & orationem sanctificari? Et Saulus, hauddum baptizatus nec fidelis vas electionis à domino dicebatur. Sic aliàs deus ait: Faciesq; vestem sanctam Aaron fratri tuo in gloriam & decorem. Sed hac de re aliàs per quàm plurima diximus, nunc incassum repetenda. 1. Reg. 21. Esaie 52. Leuit. 21. 1. Tim 4 Actor. 9. Exodi. 28

¶De secūda parte Canonis. Cap. XXVII.

IN primis, quæ tibi offerimus pro ecclesia tua sancta catholica, quam pacificare, custodire, adunare & regere digneris toto orbe terrarum, vnà cum famulo tuo Papa nostro. N. & Antistite nostro. N. & rege nostro. N. & om̄ibus orthodoxis atq; Catholicæ & Apostolicæ fidei cultoribus.

¶Expositio.

¶Declaratio est eo:, pro quibus sacrificat & orat sacerdos, & quidem primo pro tota ecclesia, secūdo pro ijs, q cæteris p̄sunt, tertio pro om̄ibus rectam fidē tenētibus, quarto pro quibusdam particularibus, q̄s secreto noīat. Et recte quidē & sancte institutum, & à Paulo ordinatū, dicente: Obsecro primū omnium fieri 1. Tim. 4

obsecra-

1.Tim.4 obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro
omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus qui in sublimita-
te sunt constituti, vt quietã & tranquillam vitã agamus in omni
pietate & castitate, hoc em̃ bonũ est & acceptũ coram saluatore
nostro deo. Precatur aũt. Primo, vt ecclesiam pacificet, ne ab fi-
Iohã.14 dei hostibus infestetur, cui pacem reliquit olim, dicens: Pacẽ me
Psal.126 am do vobis, pacẽ meã relinquo vobis. Non quomodo mundus
dat, ego do vobis. Secũdo, vt eam custodiat à vitijs & dæmoni-
bus, ne cõculcetur. Nisi em̃ dñs custodierit ciuitatẽ, frustra vigi-
lat qui custodit eam. Tertio, vt eam dignetur coadunare dispar-
Psalm.67 sam inter paganos & perfidos, vt habitare faciat omnes vnani-
Actor.4 mes in domo dñi, & multitudinis credentiũ sit cor vnũ & anima
Iohan.11. vna. Cuius gratia filius Iesus mortuus est, nimirũ, vt filios dei, qui
Psalm.22 erant dispersi, congregaret in vnũ, id quod nunc compleri petit.
Quarto, vt illã tam in prosperis, ne insolescat, q̃ aduersis ne op-
Matt.28 primatur, regere dignetur, vt cũ propheta dicere possit: Dñs re-
Psalm.18 git me, & nihil mihi deerit, in loco pascuæ, ibi me collocauit: q̃
olim totam perinde terrã, apostolis prædicantibus, replens iam
circa fines seculorũ, exigentibus peccatis nostris, in angustũ Eu-
ropæ angulũ coarctata & redacta est. Pro hac (inquam) tua eccle-
sia catholica, ô pater clementissime, hæc tibi illibata sacrificia of-
ferimus & pro omnibus, &c. Offerimus nõ sub ea ratione, qua
nũc, sed qua paulo post futura sunt, cõuersa s. in corpus & san-
guinem Iesu Christi filij tui, quæ quidẽ sacrificia corpus & san-
guis Iesu Christi, vnà cũ omnibus nostris orationibus, non buc-
cella panis & vini offeruntur pro ecclesia, quãdoquidem hic sen-
sus non queat sub alio verborũ prætextu effecti.

¶ Valeat ergo hæreticus, qui sacerdotibus impingit hoc loco
impietatẽ, quia pro Iesu Christo deo patri offerant buccam pa-
nis & haustũ vini, quasi oblato Christo longe efficaciora sacrifi-
cia. Nec errat, vt impudens, sacerdos sacrificans, quum effatur in
numero plurali. Offerimus, nimirũ, qui nõ tantũ in sua, sed in to-
tius ecclesiæ persona sacrificat, ideoq; sacrificiũ ab eius conditio
ne vel persona nõ est æstimandum, licet quoad preces & inter-
cessiones haud parum referat, sit ne sacrificans bonus an ma-
Iohan.9. lus, siquidẽ deus peccatores nõ exaudiat, sed iusti assidua valeat
deprecatio. Respõdeo. Virtus em̃ huius sacrificij & veritas in me
rito ecclesiæ offertur, & verbo creatoris conficitur.

¶De

¶De tertia parte Canonis. Cap. XXVIII.

MEmento dñe famulorum famularumq; tuarum N.&.N. & omniũ circumstantiũ, quorum tibi fides cognita est, & nota deuotio. Pro quibus tibi offerimus vel q tibi offerunt hoc sacrificiũ laudis pro se suisq; oĩbus, pro redemptione animarum suarum, & pro spe salutis & incolumitatis suæ, tibiq; reddunt vota sua æterno deo, viuo & vero.

¶Expositio.

¶Ex ecclesiæ instituto hic sacerdos speciatim orat pro aliquibus, vt deus ipsorum memor esse velit, non vt obliuiosus sit, ad memoriã reuocandus, sed vt hoc verbo ad misericordiã flectetur. Sic ait Iob: Memento mei deus, quia ventus est vita mea. Et propheta: Memento nostri dñe in beneplacito populi tui, visita nos in salutari tuo. Et latro in cruce: Memento mei dñe, dum veneris in regnũ tuum. Et fundatur hęc institutio ecclesiastica passim in Euangelio, quo monemur, vnus pro altero orare. Vnde Iacobus: Orate pro inuicẽ, vt saluemini. Nec error est speciatim pro nonnullis orare: & quasi primũ pro ipsis sanguine necessarijs: cũ princeps synagogæ pro filia sua iam morti proxima orarit. Et Martha pro Lazaro fratre mortuo. Et flentes viduæ rogauerũt Petrum pro Thabita mortua. Materq; Zebedæi pro suis filijs. Sic Aposto. Ergo inquit, dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei. Orat autem ptimo pro æternis bonis, & salute perpetua, sicut Christus docuit: Adueniat regnum tuum. Pro spiritualibus & animæ bonis Sicut, Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra. Dei aũt voluntas (teste Paulo) sanctificatio nostra est. Pro terrenis. Sicut, Panem nostrũ quotidianũ da nobis hodie. Dicitur autem sacrificiũ laudis, quia præcipue in dei laudem & honorem sit institutum. Vnde Psalm. Sacrificiũ laudis honorificabit me: tum quod materiam maxime laudandi ministret, quod non solum moriens se nobis in precium dederit, sed etiam in hac peregrinatione in cibum & viaticũ: tum quoq;, quod dominus idipsum cum laude & gratiarum actione instituerit: ipse quidem accepto pane gratias agens, benedixit & fregit.

Iob. 7. Psal. 105 Lucæ. 23 Iacobi. 5 Matt. 10 Iohan. 11 Actorũ 9 Galat. 6 1. Cor. 1. Psal. 49 Mat. 26

¶Nec male orat & offert sacerdos pro redemptione animarum, &c. quas prius ait redẽptas impius hostis & Canonemastix. Respondeo, Sacerdotẽ non orare pro ptima redemptiõe, qua Christus

S

stus om̃es homines ab originali peccato, eiusq́; reatu liberauit ac
redemit, sed pro ea, quæ est de recidiuo in peccata, & quidem vt
ea redemptio, quam nobis sua morte Christus acquisiuit, nobis
fiat, detersis peccatis, efficax & proficua, cuius alioqui propter
peccata multi se indignos reddunt, siquidem multi sint vocati,
Mat. 20. pauci vero electi. Sic sanè sacerdos orat & sacrificat pro redem-
ptione animarum per remissionem peccatorum, quibus dimis-
sis anima redempta est ac liberata, quæ prius per culpam fuerat
captiua. Iniquitates enim suæ capiũt impiũ, & (vt ait Solomon)
Prouer. 5 funibus peccatorũ constringitur. Qua de redemptione ait Psal.
Psal. 126. Et ipse redimet Israel ex om̃ibus iniquitatibus eius. Sic etsi Chri
1. Tim. 3. stus omnes quantum ad se, saluos esse voluerit & in cruce rede-
merit, quos etiam ab æterno vocauit & elegit, non tamen salui
fiunt, quando peccant, nisi ab eis peccatis redimãtur denuo, seq́;
sua vocatione & redemptione dignos faciant. Et hoc est, quod
2. Petri. 1. Petrus ait: Cui enim nõ præsto sunt hæc, scilicet bona opera, cæ
cus est, & manu tentans obliuionem, accipiens purgationes ve-
terum suorum delictorum. Quapropter fratres magis satagite,
vt per bona opera certam vestram vocationem & electionem
faciatis. Hæc enim facientes, non peccabitis aliquando. Et hoc
est, quod apostolus inquit: In quo etiam semper oramus pro vo
bis, vt dignetur vos vocatione sua deus noster, & impleat omnẽ
1. Thess. 1. volũtatem bonitatis suæ & opus fidei. Et rursus ad Coloss. Qui
Coloss. 1 nunc gaudeo in passionibus pro vobis, & adimpleo ea, quæ de-
sunt passionũ Christi in carne mea pro corpore eius, quod est
ecclesia. Vides ergo quomodo apostolus nõ modo oret, sed &
patiatur pro redemptiõe animarũ, qui aliàs quasi horum verbo-
2. Cor. 12 rum interpres ait: Ego autem libẽtissime impendã, & superim-
pendar ego ipse pro animabus vestris.

¶ Si ergo sacrificium passiotus & operationis Pauli fuit pro re
demptione animarum, scilicet de peccatis ad veram salutẽ, quur
non sacerdos in persona sua & ecclesiæ petat sacrificans redem-
ptionem animarum & peccatorum remissionem per hanc ob-
lationem corporis & sanguinis domini, quum horum in cruce
oblatio, & animarum nostrarum primariam redemptionẽ, &
peccatorum remissionem operata sit: veluti de Christo dicitur,
Apoc. 1. 2 Lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Et alio in loco: Re-
Matt. 26 dempti estis sanguine agni immaculati, & Christus ait: Hic est
sanguis

sanguis meus, qui effundetur in remissionem multorum. Nō est igitur quod impudentissimus hæreticus obgannit, dicens. Si credunt, quomodo possunt esse captiui? Si Christus eos redemit, quid orat pro redēptiōe? Quem è regione interrogo. Quū discipuli crediderunt, vt certe crediderūt, redemptiq; p Christum fuerint, quur eos orare voluit? Et dimitte nobis debita nostra, &c. Et libera nos à malo. Nihil ergo impietatis in hac est parte canonis, sed impius est hæreticus Momus.

¶De quarta parte Canonis. Cap. XXIX.

COmmunicantes & memoriem venerantes, imprimis gloriosæ semperq; virginis Mariæ, genitricis dei, & domini nostri Iesu Christi. Sed & beatoꝝ apostoloꝝ, ac martyrum tuoꝝ, Petri, Pauli, Andreæ, Iacobi, Iohannis, Thomæ, Iacobi, Philippi, Bartholomæi, Matthæi, Simonis Thaddæi, Lini, Cleti, Clemētis, Sixti, Cornelij, Cypriani, Laurētij, Chrysogoni, Iohānis & Pauli, Cosmæ & Damiani, & omniū sanctoꝝ tuoꝝ, quoꝝ meritis, precibusq; cōcedas, vt in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio. Per eundem Christum dominū nostrū.

¶Expositio.

¶Quemadmodum olim legalis sacerdos, pontifexq; Leuiticus, dum in sancta sanctorum introiuit, nomina duodecim tribuum Israel, in rationali intulit, sic sacerdos euangelicus sancta sanctorum ingressurus præcedentium patrū noui testamēti, qui suam in Christum fidem sanguine suo, & morte cōprobarunt, memoriā recenset, simulq; illos ex institutione ecclesiæ vel ideo inuocat, vt eorum supplicationibus hoc sacramentū digne cōficere possint celebrantes, & diuina protectione defendi. Appellantur autem qui celebrāt sacerdotes, & qui circūstāt fideles hic cōmunicantes cū sanctis ipsis. Exod. 39

¶Primo, propter vnitatem ecclesiæ & corporis mystici, cuius teste apostolo: Christus est caput, quum ex ambobus sanctis scilicet & viatoribus vna domus & ecclesia cōstet, extra quā nō est locus offerēdi sacrificium, quēadmodū in veteri testamento extra tabernaculū Mosaicū, & deinde templū Solomonis prohibitū erat offerri deo sacrificiū. 1. Cor. 12. Ephe. 5. Coloss. 1 Leuitic. 17.

¶Secūdo, quod fideles viuentes cum sanctis sunt cōmunicantes in vna fide, quā & ipsi viatores habuerūt, & in vna spe, quum

&ipsi, quod nos speramus, sperabant. Nunc nos habemus fidem
1.Cor.13 & spem, ipsi vero visionem & rem, ad quam, deo duce, aliquando & ipsi sumus peruenturi.

¶Tertio: Sunt fideles cõmunicantes cũ sanctis in cœlo propter dignissimũ Eucharistiæ sacramentũ, quoniã quod illi percipiunt reuelata facie, nos frequẽtamus & colimus in sacramentali
1.Johan.5 specie. Siquidẽ cõmunio fit perceptio vnius & eiusdem, in quo
Johan.6 vniunt qui cõmunicant, quãuis diuersi diuerso modo illud percipiunt. Hinc dñs ait: Qui manducat carnẽ meã, & bibit meum sanguinem in me manet, & ego in eo. Et sic quisq; fideliũ in symbolo Apostolico pronuntiat.

¶Credo sanctorũ cõmunionẽ. Accepit aũt Ecclesia hanc cõmemorationis institutionẽ ex veteri lege, apud quã in orationibus patrũ recolebat memoria, vt adiuuantibus eorũ meritis, facilius quod petebant, impetrarent. Sic Moses pro populo, qui vi
Exo 32 tulum conflatilẽ adorauerat, intercedẽs, ait: Recordare Abrahã,
Dani.3 Isaac, & Iacob seruorũ tuorũ. Tres item pueri Hebræi in fornace succensa, sic orasse legunt: Ne auferas à nobis misericordiã tuã dñe deus noster, propter Abrahã dilectũ tuũ, & Isaac seruũ tuũ,
4.Reg.19 & Iacob sanctũ tuũ. Insuper cũ Ezechias diuinũ implorasset auxilium, hoc accepit responsum: Protegã vrbẽ hanc, & saluabo eam propter me, & Dauid seruũ meum. Sed de hac pia sanctorũ imploratione in libris aliorũ plura diximus, quę nõ modo in scripturis non est prohibita, sed maxime obfirmata. Sane sancti nõ mortui dicunt, sed in æterna patria viuentes, quẽadmodũ in quadam nostrarũ Homiliarũ inconuincibilibus testimonijs probauimus. Hinc frustra hic sumus prolixiores in re præsertim nulli nõ pio nota & clara contra hæreticos.

¶De quinta parte Canonis. Ca. XXX.

Hanc igiť oblationẽ seruitutis nostræ, sed & cunctæ familiæ tuæ, quæsumus dñe, vt placatus accipias, diesq; nostros in tua pace disponas, atq; ab æterna damnatione nos eripi, & in electorũ tuorũ iubeas grege numerari, per Christum dñm nostrũ. Quã oblationẽ tu deus in omnibus, quæsumus, benedictã, ascriptam, ratam, rationabilẽ, acceptabilemq; facere digneris, vt nobis corpus & sanguis fiat dilectissimi filij tui domini nostri Iesu Christi.

¶Expositio.

¶Hanc

¶Hanc quintam Canonis partem duobus videmus constare articulis, quorum prioris author fuisse traditur Leo pontifex, posterioris beatus Grego. In quorum primo petitur acceptatio sacrificij à deo, diuinæ bonitatis ad nos condescensio, & ipsius oblationis perfectio atque consummatio in hunc quidem modum. Ideo domine sancte pater, nos sanctis tuis cõmunicantes & eorum memoriam venerantes, hoc tibi sacrificium offerimus, quæsumus, ideoque supppliciter, vt tu ipse placatus meritis & precibus gloriosæ dei genitricis, sanctorum Apostolorum, Martyrum, & omnium electorum tuorum accipias, & placide acceptes in omnibus iam offerentibus quam pro quibus hic offertur hanc oblationem seruitutis nostræ, quam scilicet nos ministri facimus in vero cultu, soli deo debito, quinimò etiam hanc oblationem cunctæ familiæ tuæ, totius scilicet, Ecclesiæ Catholicæ, quæ tibi deuota famulatur, & vota offert. Est sanè seruitus vna sacerdotis sacrificantis, qui huius oblationis ex ordinatione diuina est minister, & peculiarem altari famulatum ministeriumque pro suo quisque gradu impendit perinde seruus.
Vnde Apostolus: Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, 1. Cor. 4.
& dispensatores ministeriorum dei. Sic aliàs idem sacerdotes vt 1 Timo. 5
altaris seruos vult enutriendos ex altari dicens: Nescitis, quoniam 2. Co. 7. 5.
qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt, edunt, & qui alta 1. Cor. 9
rio deseruiunt, cum altario participant. Altera etiam seruitus est laici astantis, qui & ipse voto & pia deuotione concurrit ad hanc oblationem, & de familia domini numeratur, cum sit etiam membrum & pars ecclesiæ.

¶Quod v... hic petitur acceptum haberi nostrum sacrificium, non quidem ex parte ipsius secundum se considerati, quandoquidem ad eum modum deo displicere non possit, cum in eo offeratur patri Ie
sus Christus eius filius, ad quem paterna vox cœlitus intonuit. Matth. 3
Hic est filius meus dilectus in quo mihi cõplacui, sed postulatur ac Matt. 17.
ceptari sacrificium, quatenus offertur per ministrum ecclesiæ, qui si indignus & ingratus est, fit vt oblatio de se digna & grata, non fit grata deo & accepta, quia minister illam indigne indebiteque offert Sic deus per Prophetam conqueritur, dicens: Quid est, quod dilectus
meus in domo mea facit scelera multa? Nunquid carnes sanctæ au- Hiere. 11.
ferent à te malitias tuas, in quibus gloriata es? Quis modo dubitat bonum esse deoque gratissimum iustitias eius prædicare, id quod faciunt concionatores, & tamen ingratæ sunt deo, si ab indigno denũtiantur.

Psal. 49 Ad quẽ ipse minans dicit. Quare tu enarras iustitias meas, &c.
Arguã te & statuã contra faciem tuã. Sic etsi gratũ sit deo, vt ipse
Eccle. 15. laudetur, nõ tamen si ab indigno. Siquidem non fit speciosa laus
in ore peccatoris, quia nõ est à domino missus. Sic etiãnũ Christus
Iesus qui in hoc sacrosancto sacrificio offertur patri suo dilectissimus,
licet gratè deo patri offeratur, nõ tamen ab indigno
sacrificante, & sic sacrificium fit patri ingratũ, quantũ ad sacri-
Luce. 2. ficantẽ indigne. Hinc ipse Christus à Simeone prædictus est fu-
Esaiæ. 8. turus in ruinã multorũ in Israel. Qui & ab Esaia prædictus est fu
Roma. 9. turus in lapidẽ offensionis & petrã scandali, scilicet indigne ipsum
1. Petri. 2. tractantibus. Hinc etsi non dubitetur quin deo patri grata sit &
accepta sui filij dilecti prædicatio & oblatio, est tamẽ illi ipsa eidem
ingrata & minus accepta à malo peccatore facta. Sic ecclesia
à sanctissimo propheta instructa deũ laudatura digne semper
Psal. 50. in principio orat. Domine labia mea aperies, & os meũ annuntiabit
laudem tuã. Et deus in adiutorium meũ intende. Domine
ad adiuuandũ me festina, scilicet vt digne possim te laudare qui
vis laudari. Ita nimirum sacerdos rectissime precatur deũ patrẽ,
vt hanc suã oblationẽ per se gratã, vel & quãtũ ad se habere gratam
& acceptã dignetur.

¶ Valeat igitur conuitiator, criminatorq́ꝫ leuissimus, qui non minus impudẽter quã ignauiter hoc ipsum perfricta fronte reprehẽdendũ, vt reliqua hoc genus sanctissima instituta, duxit.

¶ De sexta parte Canonis. Cap. XXXI.

QVI pridie quã pateretur accepit panẽ in sanctas ac venerabiles manus suas & eleuatis oculis in cœlũ, ad te deũ patrẽ suũ omnipotentẽ, tibi gratias agẽs, benedixit & fregit, deditq́ꝫ discipulis suis dicẽs: Accipite & mãducate ex hoc omẽs: Hoc est enĩ corpus meũ.

¶ Expositio.

¶ Procedit sacerdus post multas preces, quibus se tãto myste
rio dignũ à deo fieri conatus est, ad ipsius hostiæ oblatæ conse-
Matt. 26 crationẽ, in qua cõmemoratur institutio huius sanctissimi sacra-
Marc. 14 mẽti à Christo primũ facta, deinde cõsecrationis materia, quæ
Lucæ. 22. est panis & vinũ, subiungitur. Tertio modus eiusdẽ, qui eleuatis
1. Cor. 11. oculis in cœlũ, accepit, &c. additur. Licet ab euãgelistis non ex-
pressus, quod nõ mireris, quũ multa transierũt, quæ (vel Iohanne
Iohan. 21 teste) fecit Christus. Hic tamen modus pie creditur seruatus ab
eo, quũ

eo, quū eundē in resuscitando Lazaro vsurparit, actu longe minore quàm cū panē & vinū in corpus & sanguinē propriū commutauit. Hic aūt seruauit argumēto, se à deo patre potestatē accepisse, hoc opus excellētissimū perficiēdi, eo ipso dicēre. Oīa mihi tradita sunt à patre meo. Itēmq; nobis exēplo, vt & ipsi in principio nostrarū actionū, oculos tam animi q̄ corpis ad deū, qui in cœlis est eleuaremus cū propheta dicēre: Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cœlis. Postremo pronūtiatio subsequitur verborū, quibus dn̄s noster in cōsecratione ipsius panis vsus est, vt oēs deinde id cōficientes sacramētū vti debere instituit, scilicet. Hoc est eñ corpus meū. Johan 11. Matthei Psalm

¶Nec est error (vt obloquitur impius canonemastix) quod addita sit vocula eñ, quandoquidem quæ sit connexiua horū verborum ad sententiam præcedentem, simulq́ue innuit causam, quare ex eo oēs debeant comedere, quoniā corpus suū sit sanctissimum. Pronomen vero hoc, ad intellectum demonstrat id ipsum, quod in fine prolationis eorum verborum sub speciebus ipsius panis remanētibus subsistit, vtpote verum Christi corpus ex pane ipso tūc ineffabiliter conuersum. Sanè id firma fide cū catholica ecclesia, indubitatoq; tenēdum est, quod in exitu prolationis eorum verborum & ipso (vt ita dixerim) momēto eam claudente, desinit substātia panis atq; sub illius accidētarijs dispositionibus iā vere & reipsa continetur (modo tamē inperuestigabili ac ineloquibili) verū Christi corpus. Igitur quādo dominus noster illa protulit verba, pronomen, meū, ipsum proferentem, & corpus ipsius pronūtiantis demonstrauit, sed cum ab alijs proferūtur, nō proferentem, sed Christum in cuius persona pronuntiātur demonstrat, cuius is vice & loco summa attētione, reuerētia, veneratione integre, distincteq; perinde atque ore Christi, cui⁹ fungitur officio, illa eloqui debet. De quibus vt plura hoc loco nō est quod dicā, tū quod ab apostolis satis clare & late sunt ad posteros tradita, tū quod haud parum multa in ea cōtra hæreticos in tribus Homilijs disseruimus. Matt. 26 Marc. 14 Lucæ. 22. 1. Cor. 11.

¶De septima parte Canonis. Cap. XXXII.

Simili modo posteaquàm cœnatum est, accipiens & hūc præclarū calicē in sanctas & venerabiles manus suas, item tibi grās agēs, bñdixit, deditq; discipulis suis dicēs: Accipite & bibite ex eo oēs, Hic est eñ calix sanguinis mei

noui

noui & æterni testamenti, mysteriũ fidei, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionẽ peccatorũ. Hæc quotiescunq; feceritis, in mei memoriam facietis.

¶ Expositio.

¶ His deinde verbis ordo, modus, tempusq; cõsecrationis vini in sanguinẽ Christi explicatur. Sane dñs noster Iesus Christus haud cõtentus fuit, propriũ corpus dare nobis in cibũ sub specie panis ad vsum esus cõuenientissimi, sed insuper ex sua immensa in nos charitate & bonitate etiã propriũ sanguinem in potũ nobis tradidit, sub specie vini ad humanũ potũ commodissimi, vt excellentissima & perfectissima animæ nutritio spiritualis, perfecta itidem corporis nutritione signaretur, quum vtiq; corpori
Psal. 103 humano vino modice sumpto nõ sit potus alius accõmodatior, de q̃ propheta: Educas panẽ de terra, & vinũ lætificet cor hominis. Et rite quidẽ Christus in materiã huius sanctissimi mysterij delegit vinũ, quod ex vite manat, quæ Christus est de se dicens:
Iohan. 15 Ego sum vitis vera, & vos palmites. Et iterũ: Ego sum vitis vera & pater meus agricola est. Quod vinũ memoratur hic fuisse in p̃claro calice, quẽ Christus accepit, &c. præclarus vtiq;, quia non figuralis, non vmbratilis, non typicus, aut hoc genus talis, sed archetypus, ipsamq; veritatẽ continens, de quo propheta: Et ca-
Psalm. 22 lix meus inebrians, q̃ præclarus est.

¶ Exprimuntur aũt hic tres præcipui & insignes effectus ipsius sacrosancti sanguinis Christi. Primus, quod est sanguis noui & æterni testamenti, siquidẽ noui testa. quia effusione ipsius, & intercedente Christi morte, nouũ cõfirmatũ est testa. quemadmodũ vetus stabilitũ fuerat per aspersionẽ sanguinis super volu
Exod. 24 mine fœderis, & super populũ, dicente Mose: Hic est sanguis fœderis, quod pepegit dñs vobiscũ super cunctis sermonibus his. Et
Hebr. 9 Apostolus ait: Vbi testamentũ est, mors necesse est intercedat testatoris. Testamentũ enĩ in mortuis cõfirmatũ est, alioquin nõdũ valet, dũ viuit, qui testatus est. Aeterni vero testa. ideo dicitur quia non aliud illi successurũ sit testa. sicuti veteri successit nouũ, sed ad finem mundi perseueraturũ, de quo dña per prophetam:
Esaie. 55 Feriam vobiscũ pactũ sempiternũ. Et Apostolus: Deus autẽ pa-
Hebr. 13 cis, qui eduxit de mortuis pastorẽ magnũ ouiũ in sanguine testa-
Iohan. 19 menti æterni, dñm nostrũ Iesum Christũ. Secundus effectus est,
Matt. 27 quia ille sanguis mysteriũ est fidei, quoniã vbi sanguis Chri ex latere

terre eius effluxit, veloq; tēpli scisso, abstrusa prius mysteria Chri Marc 15
sti iam reuelata patuerunt. Deinde, quia sub figura & sapore vini Lucæ.23.
occultus creditur verus sanguis Christi. Demū quia quod fides
credit, intus est occultū, & specie vini obtectum.

¶Erubescat igitur canonemastix improbus, q̃d hoc verbum
mysteriū fidei perinde supuacaneū reprehēderit, q̃d vel à Chri-
sto vere prolatum credimus, vel vt audiuimus rationabiliter aut
ab apostolis vel eorū proxime successorib⁹ ad declarationē ad- Roma. 2.
ditū maxime, q̃d hic dicit̃ mysteriū fidei, aliàs Chrūs dixit: Spi- Johan 6.
ritū & vitam dicens: Verba quæ loquutus sum vobis, spūs & vi- 2.Cor. 3
ta sunt. Spiritus enī est mysteriū, iuxta illud: Litera occidit, spi-
ritus autem viuificat. Et fides & vita, iuxta illud: Iustus ex fide vi
uit. Id quod bene licuit, nec repugnat ei quod dicitur: Nō adde- Deute 4
tis verbo, &c. Addere est, quod illi, cui subiungitur, contrarium Romaū 1
est. Tertius effectus est, remissio peccatorū, significata ĩis verbis, Abacuc. 2
qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionē peccatorū,
de quo Apostolus: Christus semel oblatus est, ad multorū exhau Hebræ 9
rienda peccata. Et sunt omnia huius particulę canonis verba, vti
prædictæ partis intelligenda. Dicitur aūt multorū & non om- Matt.26
nium, quia & si sanguis Christi pro omnibus suffecisset, nō addi- Marc 14
to obstaculo, tamen salutē solū in electis efficit, qui soli consequū
tur remissionis gratiā, & æternæ hæreditatis gloriam.

¶Sed quid est quod hoc loco in hac canonis parte additur, q
pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorū:
& in præcedente particula, obmissa sunt Euangelistæ verba: Qđ
pro vobis tradetur, &c. Nonne ait hæreticus Canonemastix, ee
rot est impius, quū quod præcipuum est, sileatur? Atqui respon-
deo: Si canon propterea impius est, quia hæc verba non conti-
neat: Quod pro vobis tradetur, impij erunt & Matthęus & Mar Matt 26
cus veridici Euangelistæ, quorū neuter eorū verborū meminit, Marc.14
quos sequuta est ecclesia in canone. At absit impios dicamus, per
quos dominus via, vita, veritas est operatus & loquutus, qui &
nos dedit & sapientiam, tam in dicendo q̃ scribendo. Sane quū Johā 14
Euangelistæ scripserint puram actorū Christi historiā in hac sa- Lucæ.21.
crosancta Eucharistia, conatiq; sunt recitare verba, quatenus ad
historiæ rationē pertinēt, non quatenus ad efficiendū consecra
tionē, cuius potestas hisce verbis includitur: Hoc est corpus me-
um, sine quidē ĩis verbis, quod pro vobis tradet, &c. Nimirum à

Lucæ. 22 dñō dicta, & deinceps à Paulo, eiusq; discipulo Luca memoriæ
1. Cor. 11. vel ideo sunt prodita, vt perinde obscurorũ interpretes repelle-
rent eos, q futuri erãt & nũc quidẽ sunt, hæreticos, qui negarent
Christũ verũ corpus suũ discipulis suis atq; oĩbus post illos Chri
stifidelibus, sed figurale, typicũ, significatiuũ, mysticũ, hocq; ge-
nus tale tradidisse. Cæterũ ne hoc affirmarent hæretici, dñs ad-
dit, Quod pro vobis tradetur. Q. d. meũ hoc propriũ corpus, vt-
pote quod pro vobis in ara crucis tradetur, non aũt est corpus
mysticũ meũ, quod est ecclesia, vel figura mei corporis, &c. siq-
dem non spirituale corpus ecclesia, vel mei corporis signum pro
vobis tradetur. Iam vero, quia ecclesia primitiua ex Apostolorũ
traditione instructa, Christi verba recenset, quatenus attinẽt ad
efficiendũ consecrationem, non censuit alijs vti verbis, q̃ ijs quæ
consecrant, quæ sunt, Hoc est corpus meum. Mox enĩ illis ver-
bis (vt diximus) à sacerdote loco Christi prolatis dei virtute pa-
Genes. 1. nis in Christi corpus cõsecrat. Et sicut illa vox, quæ dicit: Cresci-
te & multiplicamini & replete terrã, semel quidem dicta est, sed
omni tempore sentit effectũ ad generationẽ, operante natura,
ita & vox hæc, Hoc est corpus meum, semel à Christo deo dicta
est, sed per omnes mensas ecclesiæ vsq; in hodiernũ diem, & vsq;
ad eius aduentũ præstat sacrificio firmitatem. Quũ igitur eccle-
sia Christi verbis nõ vt historiã recitans, sed vt consecrans vta-
tur, solum eis vtitur verbis, quæ necessaria sunt ad consecratio-
Matt. 26 nem, quæ & sola scripsit Matthæus & Marcus, maxime quod ra-
Marc. 14 tio antedicta satis inhæreat & verbis, quæ de sanguine sunt dicta
vtpote qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionẽ pec
catorũ, tribus Euangelistis propter præcedentẽ & aliã ob ratio-
nem cõcorditer descripta. Vnde & impij hæretici satis apertò ha
bent, sicut Christus sanguinem suum verũ, nempe postridie ef-
fundendũ & non figuralem tradidit, ita & verũ corpus suum, &
non significatiuum dedisse ad manducandum. Non autẽ (quod
cauillatur Canonemastix) ecclesia hæc obmisit verba, quasi nol-
let Christi oblationẽ aliquid apud deum proinde valere, sed se
habere propriam, sed & oblationẽ meliorem, quæ vtiq; vna &
eadem est, quæ Christi, qui offertur in fide eiusdem ecclesiæ. Re-
Matt. 26 cte igitur & sancte Canon est ab ecclesia hactenus lectus, quæ &
Marc. 14 hoc loco pro se habeat Matthæum & Marcum, qui hæc verba,
1. Cor. 11. Quod pro vobis tradet, obmiserũt, quæ Lucas cũ Paulo recẽset,
Lucæ. 22 vtiq;

vtiq; nisi ad refutandũ futuros hæreticos, non etiam ad consecrationem, quam facit loco Christi sacerdos necessariam.

¶ De octaua parte Canonis. Cap. XXXIII.

VNde & memores dñe nos serui tui, sed & plebs tua sancta, eiusdẽ filij tui dñi dei nostri, tam beatæ passionis, necnõ & ab inferis resurrectionis, sed & in cœlos gloriosæ ascẽsiõis, offerimus pclaræ maiestati tuę de tuis donis ac datis, hostiã purã, hostiã sanctã, hostiã immaculatã, panẽ sanctũ vitæ æternę, & calicẽ salutis ppetuę. Supra q̃ propitio ac sereno vultu nos respicere digneris, & accepta habere, sicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iusti Abel, & sacrificiũ patriarchæ nſi Abrahæ, & q̃d tibi obtulit summus sacerdos tuus Melchisedech, sanctũ sacrificiũ, immaculatã hostiam.

¶ Expositio.

¶ Quia igitur ô clementissime pater & domine, Christus filius tuus & dominus noster, hæc vt sui memoriam faceremus, & quoniam hæc ipsa in sui commemorationem fieri instituit nos
sacerdotes tui, & (propheta teste) ministri, sed & plebs tua, &c. Esaiæ. 61.
offerimus, &c. quandoquidẽ in hac Canonis parte consecratorum munerũ in memoriã Christi ad deum patrem oblatio iuxta Christi institutum proponitur. Et præcipue ponitur, memoria passionis, resurrectionis, ascensionis, quoniam hæc tria Christi opera plus cæteris ad complementũ redemptionis & glorificationis humanæ operata sunt. Passione quidẽ & morte sua Chri-
stus, mortẽ destruxit, iuxta Oseã dicentẽ: Ero mors tua ô mors, Oseæ 13
morsus tuus ero inferne. Et apostolus ait, vt per mortẽ destrue-
ret eum, qui habebat mortis imperiũ, id est, diabolum, & libera- Hebræ. 2
ret eos, qui timore mortis per totam vitã obnoxij erant seruitu-
ti. Resurrectione nobis vitã præparauit, spemq́; resurgendi sug- 1. Cor. 15
gessit, Paulo dicente: Si em̃ Christus resurrexit à mortuis, & nos resurgemus. Ascensione cœli portas aperuit, nobisq́; viam illuc
ostendit. Qui em̃ (ait propheta) ascendit, pandens iter ante eos. Michæ. 2
In tantorũ igitur & tam sublimium operũ Christi memoriã memores nos serui tui, sed & plebs tua sancta, offerimus simul quidem, nõ tamen vno modo. Nos em̃ sacerdotes offerimus in ministerio & opere, sed & plebs tua sancta, id est, fideles astantes, voto dumtaxat & deuotione, siquidẽ sacerdotes soli cõsecrãt, soliq́; offerũt, vt psonæ publicæ pro salute totius ecclesiæ, alij vero

quia desiderant & precãtur deum, vt sacerdotis oblatio acceptã
habeat, & salus quæ petitur, indulgeat, de qua quidem oblatione
Hebræ.13 ait Apostolus: Per ipsum ergo offeramus hostiã laudis semper
1.Pet.2 deo, id est, fructũ labioꝝ confitentiũ nomini eius. Et Petrus: Of
ferentes (inquit) spirituales hostias acceptabiles deo p Iesum Chri
Psalm.50 stum. Et Propheta: Sacrificiũ (ait) deo spiritus cõtribulatus, cor
contritũ & humiliatũ deus non despicies. Offert aũt hic à sacer
dotibus hostia (vt dicit in oratione) hostia pura, sancta, immacu
Esa.53 lata, quia Christus agnos, qui peccatũ non fecit, nec dolus in ore
Iohan.1 eius est inuentus, qui & peccata nostra abstulit. Offertur (inquã)
Iohan.6 panis sanctus vitæ æternæ, quia Christus, de se dicens: Panis ve
Iaco.5 rus est quem dat pater meus, qui de cœlo descendit, & dat vitam
mundo. Offert (inquã) calix salutis, quia sanguis Christi, quẽ qui
Iaco.1 bibit, habet vitã æternã. Tanta igit hostia venit ex donis dei, vn
de oẽe datum optimũ est, & oẽe donum perfectum &c.

¶ Petit autẽ sacerdos, vt omnipotens pater hæc dona data ha
beat in sacrificio accepta & grata, eaq; propitio vultu adspicere
dignetur, non quidẽ oblati ratione, quod eius maiestati displi
Matth.3 cere non possit, de quo olim dixit: Tu es filius meus dilectus, in
Marci.6 quo mihi complacui, sed ratione nostri offerentiũ, fortassis indi
gne, à quibus hæc sacrificia petit, tam propitio vultu suscipi, vt
suscepit holocaustomata Abel, Abrahã, & Melchisedech, quo
bus nec ratione offerentiũ oblata displicuerũt, quũ illi deo inno
centia, obedientia, & sanctimonia magnopere placuerũt, & ideo
digne sacrificãtes, nec item & ratione oblati, quũ & in mysterio
Apo.13 Christum futuꝝ obtulerunt, siquidẽ (teste Apocalypsi) Agnus,
scilicet Christus ab origine mundi occisus sit, scilicet per repræ
sentationem & in spiritum per figuram.

¶ Hinc hac in parte Canonis potius hoꝝ trium patrũ, Abel,
Abrahã, Melchisedech sacrificia q̃ alioꝝ cõmemorant, tum quod
eoꝝ sacrificia typi fuerint huius sanctissimi sacrificij Eucharistię
tum quod patres illi Chr̃m offerendum petit de præfigurarint.
Gene.4 Quemadmodũ eñ Abel à fratre Cain per inuidiã interfectus,
Psalm.21 ita & Chr̃us à fratribus, id ẽ, Iudæis, qui eius fratres vorant, in
Iohan.10 terfectus est, idem & pastor ouium, sic & ille verus idemq; bonus
Gene.13 pastor. Obediens fuit Abraham deo oblaturus et filiũ vnicũ, sic
Phil.2 Christus patri pro nobis obediens (teste Apostolo) vsq; ad mor
Gene.17 tem, mortẽ aũt crucis, qui & Abraham patrũ fideliũ princeps, ita

Chr̃us

Christus pater est omnium Christianorum, in quo omnes renascũ Gala.4
tur, filijq́ dei per adoptionem & gratiã efficiunt. Melchisedech Ephe.1
rex fuit & sacerdos offerens panẽ & vinũ, sic Christus sacerdos Gene.14
est in æternũ secundũ ordinẽ Melchisedech, offerens suũ corpus Psal. 109.
& sanguinẽ in rei veritate sub specie panis & vini. Ille quoq; sine Hebr. 7
patre, sine matre, sine genealogia, neq; initium, neq; finem vitæ
dierũ habuit. Ita Chrũs sine patre in terris, sine matre in cœlis, si- Esa.53
ne genealogia secũdum deitatem. Nam quis (inquit Propheta) generationem eius enarrabit?

¶ Atq; vtinam magnopere oret sacerdos diuinam maiestatẽ vt ea dignetur ab ipso tam gratioso vultu suscipere Christum, vt suscepit ab illis sanctis patribus. Potest quidẽ ipsum oblatũ eẽ gratissimũ, oblatio tñ ipsa propter indigne offerentes ingrata, imò & damnosa, vt nuper declarauimus. Quidem si Iudas Ischarioth vt alij Christũ in mysterio obtulisset? vtiq; oblatũ deo gratum extitisset. Offerens vero hoc deo ingratior, quo hostia eidẽ acceptior & maior? An nonnẽ deus pater ad istum serio dicere potuisset? Quare tu peccator enarras iustitias meas, & adsumis te- Psalm.49
stamentum meum per os tuum? Nec mirum hoc isthuc, quum constet corpus Christi verum bonis esse vitam, malis vero mortem, non quidem ratione sui, sed indignè suscipientis. Qui eñ
(inquit) Paulus, manducauerit panem, & calicẽ domini indigne 1.Cor.11.
reus erit corporis & sanguinis domini, iudiciumq́; sibi mandu- Johan.6.
cat & bibit. Hinc ad sumentẽ à sacerdote dici solet. Corpus domini nostri Iesu Christi proficiat tibi in vitam æternam, quum tñ ipsum sit dans vitam, & quidẽ ratione sui, mortẽ vero ratione indigne suscipientis. Sic pariformiter sacerdos se cognoscẽs pec-
catorem orat, vt deus pater hæc oblata habeat accepta, non quia Gene.4.
ipsi ingrata sint, sed quia ipse indigne offerat. Sane Abel, ad quẽ primo deus, & deinde ad munera eius respexit, non offerẽs placuit illic ex oblato, sed munus eius ex offerẽte. Sacerdos vero ediuerso noui testamẽti propria diffisus virtute suorumq́; conscius pctõrum petit vt offerẽs placeat ex oblato, atq; hostiã hanc merito acceptabilẽ offerens per eam se acceptũ fieri postulat, quam nequaq̃ deo patri acceptam esse dubitat.

¶ Erubescat igitur Hæresiarcha, erubescat æternum, qui hoc loco impie nugatur in pios illos veteresq́; patres, eosq́; falso impietatis & idololatriæ arguit, perinde illi voluerint Abeli agnum

Christo præferre, sategerintq́ hostiam Christi iam demum deo patri acceptã reddere, prius acceptissimã. In quos ideoq́ impu-
3. Reg. 10. et. 13. ro flagitiosoq́ ore suo nihil non ęternę vltionis imprecat, illosq́ scelestiores esse obgãnit vitulis aureis regis Hieroboam. Verum q̃ sibi in isto Hiebusæo plusq̃ improbo iniqtas mẽtiat, q̃ à nobis hac in parte & paulò supra dicta sunt, apertò testant, quę velimus ab optimis quibusq́ & pręcipuè à Christianis potestatibus absq́ sinistro adfectu tte ac q̃ ite lectũ iri, deq́ tandem lectis censuram pro veritate ab iisdem additum iri.

¶ De nona parte Canonis. Ca. XXXIIII.

SVpplices te rogamus omnipotens Deus, iube hæc perferri p manus sancti angeli tui in sublime altare tuũ, in cõspectu diuinæ maiestatis tuæ, vt quotquot ex hac altaris participatiõe sacrosanctũ filij tui corpus & sanguinẽ sumpserimus oñi benedictione cœlesti & gratia repleamur. Per eũdem Chr̃m dominum nostrum, Amen.

¶ Expositio.

Esa. 64 ¶ Sacerdos memor nostrã esse iustitiã (Esaia teste) ante dei fa-
Jacobi. 4 ciem perinde pannũ menstruatæ, & gratiã humilibus dari, pre-
Heb. 5 catur p Iesum Christum, mediatorẽ dei & hominũ, quẽ semper
Iohan. 11 audit pater, & exauditur pro reuerentia sua, vt quotquot de seruitute cleri, aut voto populi ex altaris participatione, communioneq́ sacrificij sumpserint sacrosanctũ filij dei corpus & sanguinem, repleantur oñi cœlesti benedictione & gratia, largitate scilicet & copia cœlestium charismatum, donorũ & virtutum. Sumunt autẽ tam sacerdotes quàm populi circũstantes. Illi nimirũ secundum sacramenti sumptionem, vt celebrantes & offerentes, hi vero spiritualiter, quatenus fide ac deuotione in ea diuina mysteria quę in altari tractantur tendunt, suumq́ animum totum fundunt in conspectu domini. Et hoc est, quod ait: Supplices te rogamus omnipotens deus. Iube hæc perferri per manus sancti angeli & cætera.

¶ Quæ quidẽ clausula exponi potest. Primo de votis, precibus & supplicationibus fideliũ & sacerdotis, quæ vtiq́ pferri p̃cant ad thronũ oñipotentis, ministerio ac officio angelorũ qui oñes (authore Paulo) post Dauidẽ sunt administratorij spiritus
Hebr. 1 in ministeriũ missi propter eos, qui hæreditatẽ capiunt salutis,
Psalm. 103 perferunt autem deo, id est, nuntiant perinde illi nostra vota,

orationesq́;, id quod ex verbis accipit angeli Raphaelis ad Tho- Tho. 12
biam seniorẽ: Qñ orabas cũ lachrymis, & sepeliebas mortuos,
ego obtuli orationẽ tuã dño. Atq; id potissimũ fieri intelligit, in
sacrificio altaris, cui assistũt, honorẽ & reuerentiã Chri regi suo
exhibẽtes secundũ illud in Apocalypsi: Ascendit fumus aromatũ Apo. 8.
in conspectu dñi, de manu angeli. Appellatione vero aromatũ,
quid aliud venit, quàm orationes sanctorũ, piorumq́; cordium?
Secundo, intelligi æque potest de corpore & sanguine filij patris
in altari oblatis & p̃sentatis, vt videlicet deus pater iubeat, id est,
velit, & vt dñs dignet (iubere quidẽ est velle & hortari) Terent. 1. Aeneid.
Iubeo Chremetem saluere. Et Maro: Infandũ regina iubes reno
uare dolorẽ. Hæc ip̃a corpus & sanguinem filij sui pferri ministe
rio sanctorũ angelorũ in sublime altare suum, vbi sedes eius est & Psalm 10.
thronus, pferri (inquã) non locali translatione, quũ is iam reside Psalm 110
at ad dexterã patris gloria & honore coronatus, sed secundũ gra
tã acceptationẽ, & ea sane translatione, quã & quatenus intelli-
gere queat humana ratio, siquidem propter hominis intellectus
imbecillitatẽ deus voluit de se scripturã aliquot verba vsurpare
quorũ tamen actus humano more in deum non cadit, quãdoqui-
dem ita deceat hominis fragilitatem. Cuiusmodi sunt deum vi-
dere, audire, sedere, irasci, vindicare, hocq́; genus multa, quũ em̃ Johan. 4.
deus sit spiritus incorporeus, idemq́; supra quã vel dici queat, &
cogitari, subtilis humanis vti nequit adfectibus, qui membris hu
manis indigẽt. Simplex (inquã) deus ẽ substãtia, & neq; mẽbris
vllis, neq; cõpagibus, affectibusq́; cõposita, sed quicquid diuinis vir
tutibus gerit, hoc vt homines possunt intelligere, aut humanorũ
membrorũ appellatione profert, aut cõmunibus & notis annun
tiat adfectibus indicans proinde deus hominibus, quę eas agere
vult, quo potissimũ adfectu dicẽdus est iudicare? Nonné eo, qui
hominibus in vsu & notitia est? Sic quod vel deus adspirat in cor
de vniuscuiusq; sctõrũ vel sonũ vocis peruenire ad aures eius facit,
locutus ipsi homini dicit. Sic & cũ nota sibi esse indicat, quæ vnus
quisq; vel loquit vel agit, audisse se dicit. Et cũ aliquid iniustum
à nobis geri indicat, irasci se dicit. Cũ beneficijs suis ingratos nos
arguit, pœnitere se dicit, indicans quidẽ hęc his adfectibus, q ho-
minibus in vsu sunt, quemadmodum in sexcentis & longe pluri-
bus scripturæ locis est intelligere. Nec mõ nõ vanũ, sed nec ab-
surdũ cuipiã videri hoc ipsum debuit, quũ & frequẽter sensibilium
membro

membrorum nomina ad animam referant, ita vt oculis cordis videre dicatur. i. cũ virtute intelligẽtiæ aliquid intellectualis conijcere. Similiter & cæteris vti membrorum officiis dicitur, quę ex corporali appellatione translata virtutibus animæ coaptantur.

¶Sic nimirum (vt eo, vnde sumus digressi, reuertamur) sacerdos
petit corpus & sanguinẽ Christi ad patris thronũ ministerio an
gelorum perferri. i. ipsi patri grata & digna haberi, vtpote ab indi-
gno ministro sub specie panis & vini oblata. Quũ enim (quod con
stat) princeps quispiã munera sibi dono data in suũ offerri cõspe
ctum admittit, argumento est, quod ea nõ auersatur, sed cũ bene
uolentia cõplectitur, si quã namq; abominatur & execratur dona-
ria, non ea sinit suo conspectui præsentari. Ita quoq; sacerdos ra
tione sui, petit hæc munera & vota simul ministerio angelorum
diuinæ maiestati perferri, quemadmodũ Raphael angelus obtu-
Tobię. 12 lit Tobiæ preces domino. i. vt deus non modo ratione oblatorum,
quæ (vt diximus) ingrata esse nequeunt, sed intuitu offerẽtis pec
catoris per Iesum Christũ filium accepta habeat. Nõ autẽ vt lo-
caliter perferantur, quæ vti corpus Christi hic sunt & in cœlo,
dicente ipso Christo: Nemo ascendit in cœlũ, nisi qui descendit
de cœlo, filius hominis, q est in cœlo. Nec offert sacerdos Chri
Johan. 3. stũ patri, perinde illius in cruce oblatio fuerit inualida, sed vt iux
ta Christi institutũ illius in cruce oblationis memoria fiat & re-
presentetur, donec dominus veniat, hocq; pacto fit sacerdos se-
1. Cor. 11. cundum ordinem Melchisedech, panem & vinum offerentis in
Gene. 14 typũ Christi, qui & ipse in nouissima cœna (vt figura & scriptu-
Mat. 26 ra implerentur) seipsum sub specie panis & vini obtulit, eoq; pa-
Luc. 22 1. Cor. 11. cto sacerdotes offerre iussit, dicens: Hoc facite in meam comme
morationẽ, quotienscunq; hoc feceritis, mortem meam (vt scri
bit apostolus) annuntiabitis donec veniam. s. in extremo die iu-
dicaturus visibili forma. Quã igitur Canonemastix, idemq; hæ-
resiarcha hoc sit loco impudenter & stulte hallucinatus, dicens
sacerdotem hic velle Christum perferri ad cœlum, vbi prius sit,
eundemq; velle Christum deo patri denuo offerre, quasi is olim
in cruce perperam exequutus fuerit suam oblationem, quàm igi
tur (inquam) impudenter hallucinatus sit, atq; fatuiter calumni-
atus sanctissima Canonis verba, ex dictis quàm dici potest mul-
to iam demum notius est.

¶De decima parte Canonis. Cap. XXXV.

Memẽ

MEmento etiã dñe famulorũ famularũq; tuarũ, qui nos præcesserunt cũ signo fidei, & dormiũt in somno pacis. N. & N. Ipsis dñe & oĩbus in Christo quiescentibus locũ refrigerij, lucis & pacis indulgeas deprecamur per eundem Christũ dñm nostrum, Amen.

¶ Expositio.

¶ Facta ad deũ pro viuentibus oratione, nunc & pro defunctis orat sacerdos, qui etsi vel ideo dicantur beati, quod in dño sint mortui, id est, in vera fide, vera & in pœnitentia, quia tamẽ non satisfecisse morte præuenti intelliguntur, ideo purgandi detinentur in loco purgatorio, vbi amplius non peccant, sed peccata luant (vt nuper multis ostendimus) quibus sacerdos precaẽ locum cœlestẽ & beatitudinis regnũ alio noĩe. Aliquando locũ refrigerij. Iustus enĩ (inquit Sapiens) si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit. Aliquando locũ lucis, quia (Apocalypse teste) nõ indiget sole neq; luna, vt luceant in ibi, qui claritate dei illuminaẽ, eiusq; lucerna est agnus. Aliquando locum pacis, quoniã ibi summa est quies, deo per prophetam dicente: Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ & requie opulenta. Hinc sacerdos defunctis in domino precatur locum refrigerij, lucis, pacis, id est, cœlum. Nec hoc incassum & male orat pro mortuis, verum admonitus. Apoca. 4 Sapie. 4 Apoca. 21. Esaiæ. 32

¶ Primo, ecclesiæ decreto in concilio Cabilonensi, quo traditur. Visum præterea nobis est, vt in omnibus missarũ solennibus pro spiritibus defunctorũ loco competenti in ecclesia ad dominum deprecetur. Sicut enĩ nulla dies excipitur, qua non pro viuentibus, & pro quibuslibet necessitatibus dominũ deprecetur, ita nimirum nulla dies excipi debet, quin pro animabus fidelium preces domino in missarum solennibus fundantur. Hinc Innocentius tertius ait: Orat pia mater ecclesia non solum pro viuis, sed etiam pro defunctis, & eos sacræ oblationis intercessioni cõmendat, certissime credens, quod sanguis ille pretiosus, qui pro multis effusus est in remissionem peccatorum, non solum ad salutem viuentium, sed & ad absolutionem valeat mortuorum. Secundo per scripturam, quæ inquit: Sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur. Et Iohannes ait: Est peccatum ad mortem, non pro illo dico, vt roget quis. Q. d. pro cæteris orandum est. At si de viuente intellexeris, male De conse. distin. 1. c. visum 2. machab. 1. Iohã. 5

1. Cor. 15 intelligis, quia semper & pro omnibus viuentibus est orandum.
Adde & olim (vt ex Apostolo accipitur) plerosq; se baptizasse
pro mortuis, vt eos adiuuarent baptismo, quamuis forte id non
iuuerit, argumentum tamen esse suffragia pro mortuis fuisse fa-
cta. Vnde, alioquin inquit Paulus, quid facient, qui baptizantur
pro mortuis? Si omnino mortui non resurgunt, vt quid & ba-
Dion. Ier. ptizantur pro illis? Et diuus Dionysius Pauli discipulus, Aposto
Hiere. 7. lorumq; coetaneus approbat adsiduam pro mortuis orationem
Cant. 6 Tertio, ratione, qua habemus, quum animæ defunctorum eius-
1. Cor. 15 dem ecclesiæ sunt membra nobiscum (vna enim est ecclesia &
1. Cor. 12 columba Christi) certe lege charitatis, quæ nunquam excidet,
1. Timo. 5 sed semper manet, si vnum membrum quid patitur, compatiun
tur omnia membra. Et rursum inquit Apostolus: Si quis auten.
suorum, & maxime domesticorum curam non habet, fidem ne-
gauit, & est infideli deterior. Quarto accedit authoritas veterũ,
& recentiorum theologorum, vsusq; ecclesiæ à temporibus apo
stolorum vsq; ad hæc tempora obseruatus, quo oratum est pro
1. Timo. 3 mortuis. Quis ergo tam ab communi sensu & ratione alienus qui
non accedat iudicio ecclesiæ, veritatis columnæ & firmamento,
scripturarum, rationis, vsui ecclesiæ & authoritati tot sanctissi-
morum patrum contra vnum deploratum Hæresiarcham, Ca-
nonemasticem, cauillantem, nihil esse traditum sacris literis de
suffragijs pro mortuis, Imò cautum esse per spiritum sanctum,
vt mortui nos laterent, & ne quid de illis, vel sciretur, vel tracta-
retur, allegantem pro se, vt idiotis, scripturarum ignaris falso
imponeret sextumdecimum caput ex Leuitico, vbi prorsus ni-
hil prohibetur, nec aliqua fit mentio de mortuis. Addiderim &
in alijs sibi mentiri iniquitatem, quum audis non paucas nec ob-
scuras esse scripturas de mortuorum suffragijs, maxime, quod
1. Cor. 15 Apostolus ad Corinthios & Thessalonicenses exactissime de
1. Thes. 4. 5 mortuis scripserit, inter alia inquiens: Nolumus autem vos ig-
norare fratres de dormientibus, vt non contristemini sicut cæ-
teri, qui spem non habent. Quid etiam si sacræ literæ nihil habe-
rent de mortuorum suffragijs, num proinde ea nulla sint? Mini-
Joh. 20. 21 me, quum (inquit Euangelista) multa esse à Christo dicta & facta
quæ scripta non sunt, nec mundum comprehensu-
rum fuisse libros, si omnia libris de-
buissent scribi.

¶ De

¶De vndecima parte Canonis. Cap. XXXVI.

Nobis quoque peccatoribus famulis tuis de multitudine miserationum tuarum sperantibus, partem aliquam & societatem donare digneris cum tuis sanctis apostolis & martyribus cum Iohanne, Stephano, Matthia, Barnaba, Ignatio Alexandro, Marcellino, Petro, Felicitate, Perpetua, Agatha, Lucia, Agnete, Cecilia, Anastasia, & cum omnibus sanctis tuis, intra quorum nos consortium non æstimator meriti, sed veniæ quæsumus largitor admitte, per Christum dominum nostrum. Amen.

¶Expositio.

¶Quemadmodum ante consecrationem postulatum est diuorum à deo suffragium, ita hoc quidem loco cum ipsis in cœlo consortium, quod & si non dubitatur Iesu morte nobis acquisitum, peccatis tamen interea nostris denuo amissum esse veremur plurimum. Ideoque idipsum hic repetitur cum summa humilitate per Iesum Christum dominum nostrum, dei & hominum mediatorem, qui vt nos sanctorum consortio adnumeraret de cœlis descendere, suamque nobis misericordiam benigniter exhibere est dignatus, eius itaque pia intercessione in cœlo cum sanctis consortium non nostro merito precamur obnixe, nimirum, vt nos demum deus admittat, non quidem perinde æstimator meriti, & districtus secundum merita nostra retributor. Quoniam ait David, si obseruaueris domine iniquitates nostras, quis sustinebit? Et si (eodem teste propheta) secundum peccata nostra faciat nobis deus, & secundum iniquitates nostras retribuat nobis? quis perferre queat eius iustitiæ seueritatem? Præterea quid meriti nostri apud deum possumus obtendere, cuius sumus, quicquid sumus, & cui omnia debemus? qui etiam (vt ipse ait) cum fecerimus omnia quæ præcepta sunt nobis, serui inutiles sumus. Eapropter suppliciter petimus admitti in sanctorum consortium à deo patre, vt largitor est veniæ, nimirum benignus & misericors, patiens & multum misericors, præstabilisque super malitia. Et huic diuinæ benignitati innitentes confidimus, quod propter nomen suum propiciabitur peccatis nostris, & hoc propter filium suum vnigenitum, dominum nostrum Iesum Christum, nobis (apostolo teste) pro peccatis aduocatum orantem, in cuius nomine idem ipse nos omnia orare voluit. Hinc Paulus: Adeamus, inquit, cum fiducia ad thronum gratiæ eius, vt misericordiam consequamur, & gratiam

1. Timo. 2
Ioh. 3
Psal. 129.
Psal. 102.
1. Tim. 4
Iohel. 2
Psalm 78
Iohan. 16
Hebr. 4

 tiam

1.Iohan 2 tiam inueniamus in auxilio opportuno. Et Iohannes ait: Filioli mei, hæc scribo vobis, vt non peccetis, sed & si quis peccauerit, aduocatũ habemus apud patrẽ Iesum Christũ iustum. Et ipse est propitiatio pro peccatis nostris & cætera. Et hoc est quod sacerdos hoc loco omniũ circũstantiũ inquit: Nobis quoq; peccatoribus &c. Peccatores vnà secũ omnes nominat & confitet, & vere
1.Iohan.1. quidẽ & recte, quũ inquit Iohannes: Si diximus, quoniã peccatũ non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis nõ est. Si cõfiteamur peccata nostra, fidelis est & iustus, vt remittat nobis peccata nostra. Huius memor sacerdos, confitet se cũ cæteris
Prouer 8 peccatorẽ, quo nihil gratius deo, quũ iustus sit prior sui accusator, quẽ ppterea deus, humilitatẽ respiciẽs, misericorditer exaudit. Sic & exauditus est Centurio proclamans: Dñe, non sum di-
Matth 8
Lucæ.18 gnus vt intres sub tectũ meũ, sed tantũ dic verbo, & sanabit puer meus. Sic exauditus est publicanus, percusso pectore suo dicens: Deus propitius esto mihi peccatori.

¶Vide ergo, dilectissime auditor, quàm impudẽter sacerdotem hic subsannet improbus Canonemastix; quod ille, pcusso pectore, se humiliet, dicens: Nobis quoq; & cætera. Vide etiam quàm iniquè & falso calumniatur sacerdotes, inquiens eos inuocare diuos, & Christum negare, & sanctorum meritis confidere, quod tam impudenter mentitur quàm est falsum à vero alienũ. Imò sacerdos humiliter suorum peccatorum conscius suisq; meritis diffisus deum patrem orat, vt se & omnes circumstantes dignetur per Iesum Christum filium suum, pium aduocatum adsociare sanctorum cathalogo, in quo ait impostor nequam esse de
Philip.4. bere vniuersos Cacodæmones contra scripturam, quæ dicit diuorum nomina esse in libro vitæ. Et quorum corpora in pace sepulta sunt, & nomen eorum viuet in generationem & generatio-
Eccl 44 nem. Sapientiam ipsorum narrent populi, & laudem eorũ nun-
Apo.21 tiet ecclesia. Hic em̃ Cathalogus liber est vitæ agni. Qui denique impostor non erubescit, & incessere virũ vere sanctum, & ex dei misericordia beatũ Franciscũ illum Afisiatem, diligentem Christianæ paupertatis cultorẽ, quẽ & idolum scelestus Apostata cognominare non verecundat, nimiũ se ex illis esse ostendens, q
Psalm.72 (teste Propheta) cogitauerũt, & loquuti sunt nequitiam, iniquitatem in excelso loquuti sunt. Posuerunt in cœlũ os suum, & lingua eorum transiuit in terra.

¶De duo

¶De duodecima parte Canonis. Ca. XXXVII.

PER QVEM hæc om̃ia domine semper bona creas, sanctificas, viuificas, benedicis, & præstas nobis. Per ipsum, & cum ipso, & in ipso, est tibi deo patri om̃ipotenti, in vnitate spiritus sancti, omnis honor & gloria, per omnia secula seculorum, Amen.

¶Expositio.

¶Hic quæ circa & sanguinis Christi confectionem peracta sunt sacerdos reducit in Christũ æterni patris filium, hoc pacto verba laudis & gloriæ dirigens. Per quẽ hæc om̃ia & cętera, panis. s. & vini substantiã, quę fuere materia huius sacramẽti, & quarum species adhuc pręsentes continẽt veꝛ Christi corpus & sanguinem (est em̃ ibidẽ demonstratio ad intellectũ earꝫ substantiarum, quæ modo non sunt, sed ante consecrationẽ fuere pręsentes, sub habitudine tamen & relatione ad id, quod nũc sub ipsorꝫ continetꝰ speciebus) sempꝰ bona. Nam vidit deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. At quõ creat? creat (inquam) condẽs naturã, sanctificat consecrãs materiã ad hoc mysteriũ, viuificat, conuertendo creaturam in viuã Christi carnẽ & sanguinem, benedicit accumulans gratiam in hoc sacramẽto, quam cæteris exuberantiorem & præstat nobis, communicãs tanti mysterij participationem. Et quidem (inquam) semper bona creat per naturæ constitutionem, sanctificat per verbum & orationẽ, viuificat per vitalem conuersionem, benedicit per gratiæ exuberationẽ, & pręstat nobis ꝑ liberalissimam largitionem. Et profectus deus pater ꝑ filium, ꝑinde artifex ꝑ industriam suæ artis omnia creat, quoniam ipse (Apostolo teste) dei virtus est & sapiẽtia, qua, Propheta canẽte, ille om̃ia, qui & cœlos in intellectu, qui est filius, fecit. Per ipm̃ (inquam) om̃ia creat vti coæternum sibi principium & vnum cum ipso, vt suam virtutẽ & sapiẽtiam connaturalem atq; coessentialem. Pater denicꝫ per filiũ suum om̃ia sanctificat, viuificat, & benedicit, quoniam Christus sua incarnatione, passione, & morte factus est causa meritoria totius boni spiritualis, qđ hominibus confertur ad salutem. Dicitur igitur pater per filium, om̃ia sanctificare, viuificare, benedicere, tanquàm per causam illorum bonorum impetratoriam, quæ ille nobis, in adsumpta humana natura, meruit. Hinc Apostolus ait: Qui factus est nobis sapientia, & iustitia, & sanctificatio, & redẽptio, vt quẽad

Gene. 1. Cor. 1. Psalm. 103. Psal. 135. Iohã. 10. 1. Iohan. 5. 1. Cor. 1. 2. Cor. 10. Hiere. 9.

Hiere. 9 modum scriptum est: Qui gloriatur, in domino glorietur. Per fi-
1. Timo. 2 lium quoq; patet nobis omnis præstat, & largitur, quis ipse inter
Johan. 16. homines & deum vnicus, secundum Apostolum, est mediator,
Roma. 11 in cuius etiam nomine omnia petere oportet. Ideoq; per ipsum, &
Johan. 10. cum ipso & in ipso filio gloris est patri in æternum, id est, per se-
1. Johan. 5 cula seculorum, siquidem filius vnũ sit cum patre, qui & cum pa-
tre vsque operatur & cetera.

¶ De tertiadecima parte canonis. Ca. XXXVIII.

ORemus, præceptis salutaribus moniti, & diuina insti-tutione formati audemus dicere. Pater noster, qui es in cœlis sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnũ tuum. Fiat voluntas tua, sicut in cœlo & in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nr̃a sicut & nos dimittimus debitoribus nr̃is. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos à malo, Amen.

¶ Expositio.

¶ Post consecrationem oblatorum sacerdos progreditur ad participationem siue communionem consecratorum munerum ad quam, vt rite preparetur, alta quidem voce om̃es hortatur ad orationem, qua petatur panis ille super cœlestis iam in altari consecratus, inquiens: Oremus. Et hoc quidẽ non ex temeraria præsumptione, sed diuina institutione faciendũ innuit, quandoquidẽ
2. Par. 20 ait scriptura: Quum ignoremus, quid agere debeamus, hoc solũ
habemus residui, vt oculos nostros ad te dirigamus, quod potissi-
Thobi. 4 mũ in nostra fit oratione. Hinc Thobias: Omni tẽpore (inquit)
benedic deum, & pete ab eo, vt vias tuas dirigat, & om̃ia consilia
Luce. 18. tua in ipso permaneant. Sic & Christus ait: Oportet semper ora-
1. Thess. 5 re, & non deficere. Cæterum quia (vt Apostolus dicit) quid ore-
Roma. 8 mus, sicut oportet, nescimus. Et Iacobus: Petitis (inquit) & nõ ac-
Jacobi. 4. cipitis, eo quòd male petitis. Ideoq; discipuli domini nostri om̃i
agentes causam à Christo petiuerũt, vt quomodo orandũ esset,
instrueret. Ad quos ipse benignus dñs ait: Sic ergo vos orabitis:
Matth. 6 Pater noster, &c. Quam quidem & sacerdos orationẽ cũ eccle-
Luce. 11 sia hic potissimũ legit & orat, quia ab ipso summi excelsi dei filio
ædita tam sit sub mira breuitate consummata, vt si verba attenderis nihil ea sit breuius, si sensum & maiestatem perspexeris, nil ea amplius & diffusius, cui nihil planè quod recte à deo orandũ est, nec addi nec inde demi posse certo crediderim, quippe quã

censeo

censeo om̄ibus suis consummatissimā numeris. In quā quia post doctissimos illos simul & sanctissimos p̄res catholicos Erasmus ille noster magnus Roterodamus nuper Paraphrasi p̄inde quadam copiose & luculenter scripsit, non est, quod hoc loco & tempore in eandem quid conferam, de qua fortassis alibi commodior futurus sit tractandi locus.

¶De quartadecima parte canonis. Ca. LXXXIX.

Libera nos quæsumus domine ab omnibus malis, præteritis, præsentibus, & futuris. Et intercedente beata & gloriosa, semperq; virgine dei genitrice Maria, & beatis Apostolis tuis Petro, Paulo, atq; Andrea, cū om̄ibus sanctis, da propitius pacē in diebus nostris, vt ope misericordię tuę adiuti, & à peccato simus semp̄ liberi, & ab om̄i p̄turbatione securi. Per eundem dn̄m nostrum Iesum Christū filiū tuū, qui tecū viuit & regnat in vnitate spiritus sancti deus.

¶Expositio.

¶Quandoquidem in postremo dominicæ orationis petitione populus fidelis, siue laicus illius minister orauerit à malo liberari, idemq; sacerdos respondens Amen optarit, modo illā orationem repetens latius perinde exponit. A quibus, scilicet, malis populum Christianum liberari cupiat. A malis vtpote prę-teritis & præsentibus, id est, peccatis, & futuris diaboli in peccata insidijs & laqueis. Cæterum quia sacerdos humilitati innixus suas preces ex seipsis minus sufficientes esse, & efficaces quippiam à deo, vt impetrent, subueref, ideo ex ecclesiæ instituto diuorum implorat intercessionē, vt multiplicatis intercessoribus diuino auxilio facilius obtineat rogata. Atqui om̄ia petuntur à deo patre per filium eius vnigenitum, dominum nostrum Iesum Christum, quo mediatore inter deum & homines vnico vel indigetes ipsi à patre oportet, vti nos, rogent & impetrēt. Ideo q̄nim pudēter heretici obgānniūt dicētes in nostris orōnibus nos Christum mediatorē repudiare, & sanctos obtrudere loco eius. Id q̄d q̄ sit falsum, & contra nos mendaciter confictū, in nullis est ecclesiæ orationibus non aperto videre. Qua de re nuper (vt meministis) multa diximus, quō auditorem remitto. 1. Timo. 2.

¶Hoc id solum loco admonuerim. Quum vnica sit Ecclesia, eiusq; iuxta Paulum, vna fides & vnum baptisma, at eius esse tres partes constet, triūphantiū, s. vnā in cœlo, alterā in terra adhuc Ephe. 4.

militā-

militantium, tertiam vero in purgatorio patientium, ideóq; sacerdos post præparationem populi ad sacram cõmunionem, per orationẽ dominicam, eiusq; embolismũ ad sacratissimam cõmunionem ac dispensationẽ, qua tota ecclesia tanti mysterij vtilitatem & fructũ consequitur, procedens, vt singulis ostẽ datur partibus prodesse mox sub horum prolatione verborum, per eundem dominum nostrum, &c. vt supra, ipsum sacramentum in tres diuidit partes, non vtiq; corpus Christi, sed accidentia inibi & species panis sine subiecto, significans ex traditione priscorum patrum ea in tres partes diffectione tres illas supradictas ecclesiæ partes, Christumq; dominum nostrum, caput ecclesię sanctę, tribus præcipuis sui corporis partibus in illo superadmirabili mysterio sacramenti viuifici & oblationis eius, influxum & participationem suorum donorum spiritualium impartire, beatis. s. gloriã, viuentibus in hoc seculo gratiam, & defunctis subleuamen, quandoquidem ipse in sacro oblatus altari beatorum sit gloria, salus hic viuentium, defunctorumq; refrigerium, & hæc ipsa munera, virtute huius supercœlestis sacramenti mẽbris suis dispartiat.

1. Cor. 10 Diuidit itaq; (inquam) hoc sanctissimũ sacramentũ sacerdos in tres partes, designans effectũ & eius fructum participare, qui in æterna sunt beatitudine, & qui purgatorio detinentur igni, & q in hoc seculo adhuc vitam agunt, quiq; eorum suo ordine & gradu. Offertur vtiq; hoc sacrosanctũ sacrificium ad laudem & gratiarum actionem pro ijs qui in cœlis triumphant, ideo vna

Jacobi. 1. hostiæ medietas manet indiuidua & integra, nimirum subindecans stabilitatem continuam & vniformitatem supernæ beatitudinis qua perfruuntur diui, in qua (vt Iacobus scribit) non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Offertur & pro ijs, q in purgatorio detinentur igni, in supplenonẽ pro satisfactione, pro ipsis, inquã, afflictis & ideo altera ex altera medietate hostiæ particula supradictæ medietati indiuisæ digitorum complexu coniungitur, significans in purgatorio detentos certitudinem habere indubitatã de sua beatitudine post consequenda, eosq; beatis in regno cœlesti demum coniunctũ iri, sicut & partes hostiæ ipsorũ amborum signatrices simul cõtinentur, & ita tam beatos q purgatorio detentos extra præsentia vitæ statũ degere & stadiũ, siqui-

Apoc. 14 dẽ beati sint qui in dño mortui sunt. Offert & pro adhuc viuentibus & in fide & merito in terris cõuersantibus in pignus redemptionis

ptionis, ideoq; secunda alterius medietatis particula calici immittitur, insinuans in terra adhuc degentes ad Christũ quidẽ attinere, sed huius adhuc vitæ laboribus atteri, ac premi angustijs,
& eos nondũ omnino certos esse & securos de beatitudine, quũ
nemo hic sciat se esse in odio vel gratia dei, ideoq; hanc particu- Eccles. 9
lam nequaq̃ alijs duabus hostiæ partibus adiungi per eandem di-
gitorũ continentiam, verũ eos, inquam, viuentes hic adhuc in sta
dio pro brauio (vt ait apostolus) currentes fructũ effusionis san- 1. Cor. 9.
guinis Christi, eiusq; passionis efficaciam bonorũ operũ, illa deo
per gratiam suam acceptante consequi posse. Id quod calix san-
guinis arguit, cuius vtiq; appellatione huius mundi angustia, tri-
bulatio, adeoq; omnis passio in fide venit. Sic Christus: Pater (in Matt. 26
quit) si possibile est, transfer calicẽ hunc, id est, hunc passionis do Marc. 14
lorem à me. Et alibi: Potestis bibere calicem, quẽ ego bibiturus Luc. 22
sum. Et propheta ait: Quid retribuam dño pro omnibus, quę re Matt. 20
tribuit mihi? Calicem salutaris accipiã, & nomen dñi inuocabo. Psal. 115
Ad acquirendã vero passionis Christi efficaciam hortatur hisce 2. Petri. 1.
verbis Petrus: Quapropter fratres magis satagite, vt p bona ope
ra certã vestram operationẽ & electionẽ faciatis. Hæc enĩ facien
tes, nõ peccabitis aliquando. Vides ergo charissime frater, q̃ ini-
que, ne dicã impie, hoc loco hæresiarcha cauillatus sit hanc ho-
stiæ diuisionẽ ex ecclesiæ traditione fieri solitã, nempe tot my-
steriorũ significatricem, minime vero (vt ipse stultus garrit atq;
scurratur) stultã, nisi phus aliquis stultã velit sequi opinationem
quã calumniator more suo in sanctos illos patres, adeoq; in ca- 1. Timo. 3
tholicã ecclesiã, veritatis columnã nequiter confingit.

¶ De quintadecima parte Canonis. Cap. XL.

PEr omnia secula seculorum. Amen. Pax domini sit semper vobiscum. Et cum spiritu tuo. Agnus dei qui tollis peccata mundi, miserere nobis. Agnus dei qui tollis peccata mundi, miserere nobis. Agnus dei qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem.

¶ Expositio.

¶ Etsi hæc pars esse possit, ac eadem cũ præcedente parte, quo tamen singula & vniuersa facilius memoriæ cõmendent ac rectius accipiant, visum est ad hunc diuidere modũ, & hoc quidẽ loco partem facere Canonis quintamdecimã, in qua sacerdos populum fidelem perinde salutãs optat, vt cũ eodem pax sit semp

X mãsura

mansura. Pax, inquã, non diaboli, quæ est per cõsensum ad eius
Luc. 11. suggestiones, de qua dñs: Cum fortis (inquit) armatus custodit atrium suũ, in pace sunt om̃ia quæ possidet. Non carnis & pro-
Roma. 8. prij corporis, de qua Apostolus: Qui secundũ carnem sunt, quæ carnis sunt sapiunt. Sapiunt aũt secũdum carnẽ, qui pacẽ cũ carne habent, id est, qui ei, eiusq; carnis voluptati cõsentiunt. Non
Psalm. 72 mũdi, id est mundanorũ hominum, de qua Dauid. Quis (inquit) zelaui super iniquos pacem peccatorũ videns, quemadmodum Christus nõ venit aliquam istarũ in terram mittere, sed quãlibet
Matt. 10 tollere, eo ipso testante: Nõ veni pacem mittere in terrã sed gladium, id est, separationẽ. Id quod saluberrimũ saluatoris dictũ hæretici nunc peruerse retorquent contra quamcunq; humanã vnanimitatẽ & cõcordiam vel quamlibet bonã, vtpote rebelles ac om̃is seditionis studiosi, verũ petitur hic pax dñi, quæ est pia carnis cum spiritu, sensus cũ ratione, hominis cum homine de re pia & salutari cõsensio & cõcordia, ad quã, vbiq; scripturæ obnixius admonẽt, quam & Christus maxime nobis inculcauit, q. & ex hoc mũdo ad patrẽ iturus, pacem, rem perinde optimã &
Johan. 14 summe necessariã nobis cõmendãs ait: Pacẽ meã do vobis, pacẽ
Johan. 1. meã relinquo vobis. Petitur & hic à sacerdote toti ecclesiæ misericordis dei verbis, qbus Iohãnes Bapt. vsus Christũ demõstra-
Johan. 1. uit inquiẽs: Ecce agnus dei, Ecce qui tollit peccata mũdi. Et recte quidẽ hæc ipsa petitur misericordia diuina, quæ sola nr̃a de-
Titum. 3. tergit ac dimittit peccata, siquidẽ, authore Paulo, deus secũdum misericordiã nos saluos fecit per lauacrũ, &c. Sine aũt peccatorũ remissione pax esse nequit, quãdo (vt liquet) peccata inimicitias ponũt inter nos & deum, nosq; illi reddunt inuisos ac odiosos. Hinc recte rogatur. Agnus dei, q tollis, &c.

¶De quibusdã singularibus cũ mittit particula hostiæ in calicẽ, sequẽs dici solet oratio. Cap. XLI.

HAec sacrosancta commixtio corporis & sanguinis domini nostri Iesu Christi, fiat nobis sumẽtibus salus mẽtis & corporis, & ad vitam æternam capessendam præparatio salutaris.

¶Expositio.

¶Per hanc orationem, nõ rerum contentarum atq; signatarũ, veri, scilicet corporis & sanguinis Christi commixtionem fieri significat sacerdos, quasi iam vnũ alteri immersum superficia tenus eo

nus eo tingatur, sed ipsarum specierum atque accidentium panis & vini post consecrationem superstitum, commixtionē fieri enūciat. Commixtionem, inquam, sacrosanctam, propter excellentissimam sanctitatē contentorum sub ipsis speciebus, veri scilicet corporis & sanguinis Iesu Christi, qui teste scriptura, sanct⁹ sanctorū est, prætereaque sacrosanctā commixtionem, quod species ipsæ sacramētales panis & vini significēt & continēt res sanctissimas, & multo quidem verius & excellentius, quàm pars illa tabernaculi & templi, archā fœderis continens in lege Mosaica dicebatur sancta sanctorū, tāto vtique verius, quāto magis veritas ipsa figuram excedit, & dignitate transcendit. Petitur autem hic pro omnibus salus mētis, p morbi. s. spiritualis peccati depulsionē & vitæ spiritualis, quam dei gratia donat elargitionē. Corporis vero p infirmitatū naturā deprimētiū amotionē, & incolumitatis integræ cōseruationē. Itemque demū petitur, vt hæc ipsa eadē cōmixtio sit ad vitā æternā capessendā præparatio salutaris, quam illa mixtio designat, quæ est via quædā & prædispositio ad ipsius sacramēti sumptionē, quæ rite facta est efficax præparatio ad æternā beatitudinē p collationē in præsenti, quæ est pignus gloriæ, & arra pcipiendæ hæreditatis futuræ. Hinc canit ecclesia: O sacrū cōuiuium, in quo Christus sumitur, recolit memoria passionis, mens impletur gratia, & futuræ gloriæ nobis pignus datur.

Daniel.9. Exodi.25 Johan.6. Lucæ.22. 1.Cor.11.

¶Reddat igitur & hoc in loco Canonemastix ad saniorē mētem, hāc commixtionem esse stultam blaterans, quoniā p ipsam sacerdos adeoque per hostiæ particulam sanguinem Christi mūdare laboret. Id quod tam est à sacerdotis offerentis & immiscētis animo alienum, quàm est ipse Canonemastix ab ecclesia catholica semotus.

¶Antequam sumatur pax hæc dici solet oratio.

¶Domine Iesu Christe, qui dixisti apostolis tuis: Pacē relinquo vobis, pacē meā do vobis. Ne respicias peccata mea, sed fidē ecclesiæ tuæ, eamque secundū volūtatē tuā pacificare, custodire & coadunare digneris. Qui viuis & regnas cum deo patre in vnitate spiritus sancti deus, per omnia secula seculorū. Amen. Johan.14.

¶Expositio.

¶Sacerdos hic primo proponit rationabilē fiduciam atque cōfidētiam quærendæ pacis à Christo, qui discessurus per passio-

 nem in

Johan. 14 nem in vltima cœna discipulis pacem reliquit, dicens: Pacē me
am do vobis, pacē relinquo vobis. Petit aūt hanc pacē toti eccle
Johan. 10 siæ, quā orat pacificari, custodiri, & dispersam (vt onper retuli-
Ezec. 2 mus) coadunari, vt vinculo charitatis vnita, fit vnum ouile sub
2. Cor. 1. vno pastore. Deinde, quia ecclesia sit hæc, quā sibi Christus (te-
Ephe. 5 ste Propheta) in fide desponsauit, eandemq; lauacro aquæ in vi-
tæ verbo (vt ait Apostolus) sanctificauit, pro qua deniq; eiusq;
adeo fide, ne ipsa deficeret, orauit, sacerdos magis illius q̄ suis me-
ritis confidēs orat in conferenda pace deū ecclesiæ fidem, & non
sua peccata dignet respicere. Idq; facit, nō vt præsumēs in pec-
catis ad tantū mysteriū accesserit, verū humilitate pia ductus ti-
moreq; dei, ante quē nemo est p se mundus, humiliter suffusus,
Eccl. 9 memor scripturæ, qua dicit: Nescire hominē, vtrū sit amore, an
odio dignus, sed eum in dubio seruari, ideoq; semper debere ti-
mere ipsum de peccatis, ne illis sit obnoxius. Et quidem cur hoc
non de se humiliter sentiat sacerdos misellus, quū nec Aposto-
1. Cor. 4. lus ipse, vas electionis, aliter de se senserit, inquiēs: Sed neq; me-
ipsum iudico. Nihil em̄ mihi conscius sum, sed non in hoc iusti-
1. Cor. 15. ficatus sum. Idemq; aliās: Ego sum (inquit) minimus Apostolo-
Matth. 8 rum, qui nō sum dignus vocari Apostolus &c. Sic Cēturio: Do
mine (ait) non sum dignus, vt intres sub tectum meum, sed tantū
dic verbo, & sanabitur puer meus.

¶ Abeat igitur procul idem Canone mastix, hac in parte, sa-
cerdotē sacrificulum impudenter tam præsumptionis & hypo-
Matth 7 criseos arguēs, perinde ille sua sponte peccati manifeste obuo-
Luca. 6 lutus, æquè atq; porcus ad lintrem (ita iste Helluo pro sua con-
suetudine loquitur) cucurrerit. Atqui hostra iste impudens ter-
giuersansq; immemor Christi dicentis: Nolite iudicare, et non
iudicabimini.

¶ Cum sacerdos osculum pacis suscipit, hæc dicere
solet verba.

¶ Habete vinculū pacis & charitatis, vt apti sitis sacrosanctis
mysterijs Chri. Vel hæc: Pax tibi frater, & ecclesiæ sanctæ dei.

¶ Expositio.

¶ Ex more deniq; sacerdos tabellæ, continēti imaginem, aut
Christi, aut Mariæ, aut cuiusdā alterius diui, vel depictā, vel scul
ptam, p ministrū porrecte exhibens osculū, tanq̄ à se ipso pacis
comu

communicationem in omnes hoc sensibili signo diffundens atq;
distribuẽs, hortatur omnes, vt inter se vinculũ pacis & charitatis
habere velint, vt apti sint sacrosanctis mysterijs, corporis & san
guinis Christi sumendis, aut reipsa, aut spirituali pceptione per
deuotionẽ, quoniã ipsa solum ab his digne sumunt, qui syncero
sancti amoris affectu omnes prosequunt. Et hoc ẽ, quod ait Apo- 1.Cor. 11
stolus: Probet aũt seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de
calice bibat. Est & huius pacis optionis forma ex Apostolo post
Christũ desumpta. Ille enĩ (inquit) obsecro vos, vt digne ambu-
letis vocatione qua vocati estis, sollicite seruare vnitatẽ spiritus
in vinculo pacis. Et alibi: Pacẽ habete, & deus pacis & dilectio- Ephes.4
nis erit vobiscũ. Salutate inuicẽ in osculo sancto. Post osculũ pa 2.Cor.13
cis sequunt nonnullæ orationes, quas ante cõionẽ sacerdos ad
Christũ fundit, quibus & cordis ad deũ exciter affectũ, & panẽ
vitæ dignè sumendi gratiã impetret, ne quod ad pcipiendũ vitę
fructũ institutũ est sacramentũ, fit illi propter indignitatẽ suam
& peccata sua ad iudiciũ & mortẽ æternã. Siquidem quicũq;, in-
quit Apostolus, manducauerit panẽ, & biberit calicem dñi indi- 1.Cor.11
gne, reus erit corporis & sanguinis dñi, sibiq; iudiciũ mãducat &
bibit, nõ diiudicans corpus dñi. Sane & si Chrs Iesus, saluator sit Lucæ 2
ex seipso, indigne tamẽ ipm tractantibus est ruina, scandalum & Esai.8
lapis petræq; offensionis. Ita nimirũ recte sacerdos petit pro di- Romañ.9
gna eius sacrosancti mysterij sumptiõe añ cõmunionẽ, q & post 1.Pet.2
ipsam aliquas & in ipa sumptione ptiosi sanguinis orones dicit, q-
bus pariter orat sibi sumptionẽ huius sancti sacramẽti fore & oĩ-
bus salutarẽ, gratias interim agẽs inter alias orationes (quæ quia
in vniuscuiusq; sunt arbitrio dicẽdæ, vel nõ iuxta ritũ singulariũ
ecclesiarũ, nec intellectu difficiles sunt, nihil in eas sum collatu-
rus interpretationũ) vnica oratione inquit: Quid retribuã dño Psalm.115
pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicẽ salutaris accipiã, & no-
men dñi inuocabo. Laudans inuocabo dñm, & ab inimicis meis
saluus ero. Hisce (inquam) verbis sacerdos sumpturus ptiosum
Chri sanguinẽ, admirabũdus pinde cũ Propheta in hãc interro
gationẽ erũpit Quid retribuam dño &c. Scio, quasi diceret, ra- Psalm.115
tioni consonum ἀντιπελαργεῖν & pro acceptis beneficijs grãm
referre oportere, & in argumentũ gratitudinis aliquid retribuẽ-
dum esse, verũ quũ tot & tanta sint in me dñi beneficia, siquidem
infinita & incõparabilia, quid illis vel tantilla gratitudine dignũ

 referam?

Genes. 1. referam? Quū doquidem cum ante non subsisterem, me ad ima-
1. Petri. 1. ginem & similitudinem suam creauit. Perditum morte sua rede
Ephe. 2. mit & pretio sanguinis. Filium itæ naturæ per regenerationem
Apoca 5. ex aqua & spiritu sancto in spem vitæ æternæ recepit. A se auer-
Hebr. 12 sum per peccata paterne expectauit, & ad pœnitētiam ante osti
um pulsans reuocauit. Gratiam deniq; mihi petēn nūquam ne-
gauit, nec rogann defuit. Quid igitur pro tot ac tantis beneficiis
rependam, maxime qui nihil, quod meum sit, præter peccatū ha
beam, & totum ab ipso receperim? Quum ergo nil sit meum, nec
de eo, quod non est, reddere possum, de suo redditurus, quod in
singulare contulit nostro generi munus, accipiam, scilicet calicē
salutaris, calicem illum præclarum noui testamenti in suo sangui
ne, calicē, inquam, Iesu Christi, qui est salutare nostrum, & salua
tor mundi, calicem vtique passionis, quem voluntate patris bi-
bit, & ex quo nobis æternæ salutis fluenta propinauit. Eundem
inquam calicem offeram, & nunc bibam cum gratiarum actio-
ne & inuocationis nominis eius, cui omīs debetur honor & glo-
ria. Et id quidem non modo ad institutum tanti sacramenti fa-
ciam, in quo & dominus Iesus gratias egit, verumetiam re ipsa
Matt. 10 eius adiutus gratia facturus sum, calicem scilicet passionis, quem
Iohan. 18 ipse bibit, eius vestigia secuturus, bibere non refugiam in gra-
Lucæ. 22. tiarum actionem, ipsiusq; & eius passionis memoriam. Et qui-
dem bibam cum Dauide Christum secuturus poculum pssio-
nis salutiferum.

¶Hæc itaque hocq; genus alia hoc loco sacerdos, vt debet, de-
uoto corde cogitans, pie vouens, certo deinde impleturus, im-
merito suggillatur ab Hæresiarcha illum falso elatiōis & super-
biæ reprehendente, simulq; dicente, hunc prophetæ psalmum
huc perperam eē retortum, qui nihil, quod huc attinet, habeat.
Atqui vides, auditor cādide, Canonemasticem & hic, vt aliàs in
studiose, calumniari.

¶De vltima pte Canonis, adeoq; totius sacrosan-
ctæ liturgiæ de cōmunione. Cap. XLII.

APpellatione communionis, quam alij quartam partem
missæ præcipuam posuerunt, venit sumptio & fruitio
venerabilis Eucharistiæ, adeoq; ipsum sacrosancti Eu-
charistiæ sacramētū, quādoquidē eius beneficiū cōmu-
nicēt atq; pcipiāt oīs ecclesiæ vniti, nō solū q̄ vita adhuc fungū-
tur, sed

tur, sed qui hinc trãsmigrarũt, siue iam beatitudinem sint adepti
siue in via purgationis ad eã tendãt. Eo nimirũ sacramẽto digne
fruẽtes in vnũ nos omnes corpus ita cũ Christo capite nostro vni
mur, ipsumq́ cõmunicamus, vt vnũ simus cum illo. Id quod ille Johan. 6.
ipse testatur, inquiẽs: Qui mãducat meã carnẽ, & bibit meũ san- 1. Cor. 10.
guinẽ, in me manet & ego in illo. Et apostolus: Calix (inquit) be
nedictiõis, cui benediximus, nõne cõmunicatio sanguinis Chri
sti est, & panis, quem frangimus, nõne participatio corporis dñi
est? Quoniã vnus panis & vnũ corpus multi sumus, omnes qui de
vno pane & de vno calice participamus. A qua quidẽ præcipua
cõmunione cœpit & cõmunio appellari Antiphona illa, quam
post hãc realem (vt ita dixerim) cõmunionẽ, & post aliquot ora
tiões dictas dicit & sacerdos & chorus, vt plurimũ semper vel ex
veteri vel ex nouo testamẽto sumptam, & cani dicive solitã, tũ
vt notet cõmunitas gaudij discipulorũ post resurrectionẽ Chri- Johan. 20
sti, quo viso, gauisi sunt illi, tum in singularẽ de beneficijs gratia- Psalm. 21.
rum actionem, iuxta illud Dauidis: Edẽt pauperes & saturabũ-
tur, & laudabũt dominum. Canitur autem hæc in hac dominica
quæ septuagesima nominatur, qua de nostra lyturgia disputatio
cœpta est, pro cõmunione Antiphona.

¶ Illumina faciem tuam super seruum tuum, & saluum me fac Psal. 118.
in tua misericordia domine, nõ cõfundar, quoniam inuocaui te. Psalm 30
In qua quidem Antiphona ecclesia cum Dauide vnde translata
est hæc communio, ad deũ orat, vt is qui vera est & lux illa vni- Johan. 1
ca suam faciem super se illuminet, quo ad agnitionem æternæ ve
ritatis peruenire possit, seq́ in misericordia saluam faciat & non
secundum iustitiam, qua forte indigna nihil cõsequi valeat, quæ
tamen animata ex ea misericordia ait, non confundar, quoniam
inuocaui te. Q. d. O pater æternæ, quoniam ego inuocaui te, re-
splendeat facies tua super me, quæ tua serua sum, saluet me mise
ratio tua, nõ obruar cõfusione.

¶ Et hactenus de cõmunione, quã subsequit oratio hodie in
hęc verba. Fideles tui deus p tua dona firmẽtur, vt eadem perci-
piẽdo requirãt, & quærẽdo sine fine pcipiãt. Per dñm nostrũ Ie
sum Christũ, &c. Diciq́ solet hæc missæ oratio plerũq́.

¶ Cõplenda, q̃d ea officiũ missæ cõpleri soleat, in eaq́ cumula
tiue & cõplete peti à dño vera eaq́ æterna huius sacrosancti sa-
cramẽti salus; q̃ est Christus dñs, quẽ hic fide inuisibilẽ videmus 1. Cor. 13.
& in

1.Johan.3 & in ænigmate, tunc aũt facie ad faciem, vt sancti in cœlis vidẽt videbimus. Scimus eñi (inquit Iohannes) quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eũ sicuti est. Post quã deinde orationem dicit sacerdos.

¶Ite missa est. Et respondet minister, Deo gratias, id est, Ite nunc ad vestra habitacula, quoniã missa est consummata siue finita, siquidẽ missa (vt in exordio diximus) sacrificiũ sit & altaris ministeriũ, adeoq; officium conficiendæ Eucharistiæ, nec sane hic Missa participiũ præteriti temporis esse queat, quũ ei aduersus grãmatices præscripta substantiuũ non cohæreat, sed de hoc aliàs plura disputauimus. Dicitur aũt, deo gratias, pro gratiarũ actione in omnibus rebus ex dei præcepto necessaria, in omni-
1.Thess.5 bus (ait Paulus) gratias agite. Et rursus: Nihil reijciẽdũ est, quod
1.Tim.4 cũ gratiarũ actione percipitur. Et profecto maxime gratiæ sunt agendæ in hoc eminẽtissimo dono sacrificij salutaris, quod & de-
Mat.26 us ipse & homo Christus, dominus noster cum gratiarũ actione
Marc.14
Lucæ.22 instituit, suoq; exemplo faciendum arguit.
1.Cor.11 ¶Post hoc sacerdos benedicit populum, dicens: Cœlesti benedictione bñdicat & custodiat vos diuina maiestas & vna deitas, pater & filius & spiritus sanctus. Amen.

¶Benedicit his verbis sacerdos noĩe sanctæ & indiuiduæ Trinitatis populũ, quẽadmodũ & propheta diuinã nobis imprecãs benedictionẽ, idem mysteriũ ipsius dei, & trinitatis personarum subinsinuauit, dicens: Benedicat nos deus, deus noster, Benedi-
Psal.66. cat nos deus, & metuant eum oĩa fines terræ. Qui nimirũ benedicendi ritus ex tam veteri q̃ nouo testamento sibi vendicat originẽ. Siquidẽ Iacob moriturus, singulis filiorũ suorũ benedixisse le-
Gene.49 gitur. Et Moses itidẽ morti propinquus, singulis tribubus filiorũ
Deute.33 Israel benedictionẽ dedisse scribitur. Præterea Moses & Aaron
Leuiti.9 (vt est in Leuitico) expletis sacrificijs & holocaustis intrauerunt
3.Reg.8. tabernaculũ testimonij, & deinde egressi, benedixerunt populũ. Ita & Solomon, oblatis victimis in dedicatione tẽpli, benedixit populo, Et dñs quoq; noster Iesus Christus rex simul & sacer-
Lucæ.24 dos ascensurus in cœlũ discipulis benedixit, qui (Luca teste) eleuatis manibus, benedixit eis, & factũ est dũ benediceret illis recessit ab eis, & ferebatur in cœlũ. Quæ aũt expressa sit vel intus retẽta benedicendi forma, & q̃ excellentia bona sub prolatione etiã simplicis benedictionis cõtineantur, dñs deus expressit ad Mosen inquiẽs,

inquiens: Loquere Aaron & filijs eius. Sic benedicetis eis. Benedicat tibi dñs, & custodiat te. Ostendat dñs faciem suam tibi, & misereatur tui. Conuertat dñs vultum suum ad te, & det tibi pacem. Inuocabuntq́ nomen meum super filios Israel, & ego benedicam eis. Quibus sane postremis verbis, dñs indicat se principalem benedictionis authorem & datorē, sacerdotes autē esse ministros ipsius benedictionis, quorum officio & ministerio dominus populo suo benedictionem elargitur. Ideoq́ sacerdos ipsam benedictionis formam pronuntians, optando loquitur, exoptās vt dominus populum benedicat & custodiat. Hinc autem videre est, q̄ bene sit consultum ijs, qui benedictionem in diuinis officijs à sacerdote expectant. Num. 6.

¶Post collatā benedictionē sacerdos summæ trinitati se inclinans, dicit: Placeat tibi sancta trinitas obsequiū seruitutis meę, & præsta, vt sacrificiū, quod oculis tuæ maiestatis indignus obtuli, tibi sit acceptabile, mihiq́ & omnibus, pro quibus illud obtuli, sit te miserante propiciabile, Per Christū dñm nostrū. Amen.

¶Hac oratione sacerdos, expleta ad populū benedictione, primū à sancta indiuiduaq́ trinitate (à qua bñdictionē populo postulauit) humillime petit, vt obsequiū suæ seruitutis, quā ex officio sacerdotij debet, placeat ipsi sanctæ trinitati, nō tam offerentis deuotione, q̄ eius, cui fit oblatio, dignatione, qua deus ipse benignissimus pro immensa sua bonitate dignetur etiā illa acceptare, quæ ex offerentiū conditione minus digna sunt, vt acceptentur. Deinde supplex orat vt hoc sacrificiū diuinæ maiestatis oculis oblatum sit illi acceptabile, nec quidē ex parte oblati muneris, quod illi nequaq̄ displicere possit (quia filius eius vnigenitus) verū ex parte offerentis, vt quantulacunq́ eius deuotio acceptetur, quēadmodū copiose paulo supra multis scripturis ostēdimus, & enucleauimus, quibus perinde testibus omni exceptione maioribus, peruersæ iniquitatis & calumniæ cōuincitur hæresiarcha, inquiens: Insani amentēq́ sacerdotē hic conari filiū Iesum patri eius gratū reddere, qui iam sit ei acceptissimus. Sed sui vbiq́ similis, præter calumniari, osq́ suū mendax, simulq́ impudēs in cœlū ponere aliud potest agere nihil. Mat 3. 7 Marci. 9 Psalm. 72

¶Porrò, velim istū cū omnibus ipsius cōplicibus & asseclis in Christo vere, & ex animo quidē supra q̄ dici queat, oratū & obtestatū, vt tot tantisq́ sanctis scripturis, minime retortis suorum

1.Timo.1 euidenter errorę semel atq; iterũ, imò multoties admonitus resipisceret, ad se rediturus, aut Satanæ dudũ traditus disceret non blasphemare. Cui etenim si hæc, quæ hactenus fortasse longius q̃ debuimus, ex hoc suggestu diximus, non vndecunq; satisfacere viderẽtur, haud sane morarer, vel multo plura ob cæcos ipsius oculos ponere, nisi incassum me laborare apud illum rescirem,
Tit.3 quandoquidem Apostolus hæreticũ hominẽ post vnam & alte-
2.Timo.3 ram correptionem censuerit deuitandũ, quia subuersus sit, pro-
2.Timo.3 prioq; iudicio condemnatus, sed seductor errans proficiat in peius, alios in errorem mittens. Atqui ipse interim gratias ago Iesu Christo, dño, redemptoriq; nostro, quod ipso vnico authore nostris vel quamlibet rudibus & citra fucum, quo veritas non indiget, Homilijs contra eius ecclesiæ hostes tantum profecerim apud vos, mihi omnes ex æquo charissimos in eodem dño nr̃o quos non obscure viderim non modo magna ex parte ad pristinam religionem quasi postliminio redire, verum eo vehementius q̃ antea esse inclinatos, Christoq; plane redemptos. Hæc igitur, quæ hactenus vobis fidelius q̃ ornatius ex hoc loco cõmunicauimus in laudem dei Max. sicubi & quando per otium licuerit apud vos penitius voluite, reuoluite, & reuoluta veritate patrona iudicate. Reliqua, si qua sunt scitu proficua, nequaq̃ pro loco & tempore celabimus. Sunt enim & alia, & quidem quæ in toto Missæ fiunt officio signacula & sensibilia signa, Christũ, adeoq; eius passionem & mortem certis quibusdam, inquam, cerimonijs, ritibus, repræsentantia ac certas aliquas rationes mysticas significantia admodum digna, sed quæ, quũ sint intellectu vniuscuiusq; facile exposita, non visum est, hoc nunc loco & tẽpore operæpretium explicare, quum & aliunde peti possint, & ipsi ad alia perinde magis necessaria pergimus.

REVERENDIS

IN CHRISTO PATRIBVS AC DOMInis, D. Iohanni Monster, Episcopo Vicecomponensi, reuerendissimi Archiepiscopi Moguntini à Suffragijs, & D. Iohanni, Abbati. S. Iacobi Moguntin. digniss. dominis ac patronis suis vnicè colendis, Fridericus Nausea Blancicampianus salutem.



IAM DEMVM MIHI VSU venit, Reuerendi in Christo patres, quod nonnullis debitoribus aliquoties accidere videmus. Hi quidem, (vt ipsi nostis) quum totum quod debent soluendo non sunt, reddunt quod habent, de reliquo, quod restat, soluendo dies sibi dandos & prorogandos humiliter expetentes. Idem sane nũc vel coactus facio, nec id mihi vitio vertendum censens. Quandoquidem tantum me vobis pro vestris in me tam multis q̃ maximis beneficijs debere fateor, quantum verbis haud facile sim cõsequuturus. Quum vero in præsentia totum, quod debeo minus sim soluendo, supplex venio, quod possum reddens, nimirum hanc protrepticam in primitiarum sacerdotalium commendationem Homiliam. Quã dignemini (quæso) hilari, qua hactenus mea omnia, fronte suscipere, boniq; consulere. Siquidem hæc ipsa sit opella vestro, quo fungimini in domo domini, officio haudquaq̃ dissentanea, vtcunq;, vel me iudice, plus iusto exigua. Quid tum? Nonne plerunq; semper exiguis corpore rebus maior inesse soleat virtus? Id quod in nõ parum multis margaritis, idq; genus lapillis palam comperimus. Quàm aũt conducat non modo clericis, sed & laicis rescire quod inibi de Missa profero, cõstabit (arbitror) vbi lectũ & intellectũ fuerit. Atq; sic summatim quicquid hoc est eei vobis coniunctim prorsus consecratum volui, cum, vt sic (quod dici solet) duos parietes de vna fidelia dealbarem, tum, ne viderer discernere, quos æque & vnice supra quàm dici queat, ex animo diligo

& veneror nō tam ob singularem, qua me hactenus mire prosequimini, beneuolentiam & beneficentiam, quàm ob æquam in vtroq; virtutum excellentissimarum similitudinem, quæ sic vbique ad omnia sibi conuenit, vt penè idem sit vterq; alter. Quum proinde ea sit Vicecamponen. Episcopi in omni decorum genere præstantia, vt Iohānem Abbatem modis omnibus incomparabilem non alius æquè deceat collega, rectè tu mirum mihi facere videor, vt quicquid, hoc est, vel quàmlibet modici laboris vtriq; vestrum simul dedicem, confidens hoc ipsum etiam felicius & auspicatius proditurum, si vobis duobus tam insigniter ex æquo spectatis ad omnia prælatis communiter fuerit consecratum, vtpote gemina vtriusque commendatione fultum.

Quod modo superest Reuendi Patres, modis omnibus obtestor, quo ad reliquum, quod debeo, mihi dies cū cautione competenti detur, maximè, quoniam in modici temporis mora nil damni esse soleat, nec auferatur, quod differtur. Ipse quidem bona side polliceor, sanctè promitto & recipio, me quod restat tum certò præstiturum deo bene fauente, vbi satis idipsum maturuisse cognouero, interim Reuerendas Paternitates vestras per quàm diutissimè in domino Iesu valere optans. Ex Museo nostro. VI. Maij. Anno Saluatoris M. D. XXXI.

FRIDERICI NAVSEAE BLANCICAMPIANI IN commendationē Primitiarum, quas dicunt, nouicij sacerdotis Homilia.

VT QVAE (duce Deo) dicturus sum, facilius accipiantur, & tenacius retineātur, hanc præsentem ad vos, charissimi fratres, Homiliam in tres sane partes & quidem breuissimas diducimus. In quarum prima euangelij verba, quæ in commendationem nouę (vt sic dixerim) missæ, quam vocant Primitias, legi queant, ad literam recensebimus. In secunda quid missa, quidq́; sacerdos sit, ac vnde Missam faciendi potestatem idem receperit, & quem in finem ab eodem Missa fieri cœpta sit ex verbis Euangelij, quod interim sua ferme sponte declarabit, paucis docebimus, interea sacerdotis eminentiam non silentio transeuntes. In tertia quidē parte responsuri sumus ad precipuam quandā quæstionem, quæ queri potest. An malus ex psona sacerdos æque vt bonus missam faciat, debeatq́; à nobis intuitu conditionis, qua fungitur, æque ceu bonus honorari. Deinde vos deo optimo cōmendabimus.

¶ Euangelij itaq; verba, vt sequitur, habent.

IN illo tempore. ſ. Quum Christus dn̄s idem noster redemptor clementissimus annum suæ ætatis ageret tricesimūtertium, quum'q; paulopost egressurus esset per amarissimam Matt. 26. passionem & mortem suā ex hoc mundo nostri causa ad pa Marc. 14. trem, iamq́; ex more testamēti veteris agnū paschalē cū discipu Lucæ. 22. lis suis summo desiderio manducasset, tum inquiunt Euangelistę Johan. 13. concorditer: L. Cœnantibus adhuc eis, accepit Iesus panē, & be- Deuter. 12. nedixit, ac fregit, deditq́; discipulis suis, & ait: Accipite, & comedite: Hoc est corpus meū, quod pro vobis tradet. Et similiter accipiens calicem gratias egit & dedit illis, dicēs: Bibite ex hoc oēs: Hic est eñ sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionē peccatoꝝ. Hoc facite in meā cōmemorationē. I

Tot sunt ad præsens euangelij verba & dicta, quibus deleat nobis deus omnipotens nostra crimina & delicta, Amen.

¶ Quandoquidem vos hodierna die non ex illaudata toto terrarum orbe multis seculis seruata consuetudine ad Dei gloriam, & ad syncer am amarissimę passionis filij eius vnigeniti domini nostri IESV CHRISTI gratiarum actionem nouicij sacerdotis primę missæ, quam latino vocabulo primitias dicunt, adesse noueritis, nec ignoretis quantoperè hactenus ab schismaticis contra Christianos ob missam & sacerdotum functionem non sine grandi animarum multarum periculo dispendioque (quod vereor) digladiatum sit, & ipsi fortassis non ita pridem ea de re audistis, quid inibi potissimum sit, & sciendum, & credendum pene nescij, eoq; tandem plerique deuenerint impietatis, vt nihil prorsus, nec missæ reuerentiæ, nec sacerdoti authoritatis (maxime, quod multi non, vt addecet sacerdotes se gerant) deferant, vnde plurimum peccant, seq; damnationi partim ignoranter, partim scienter obnoxios reddunt, proinde videor mihi plurimũ operæpretium facturus, si primũ quid missa, quidq; sacerdos sit, ac quæ huc attinent reliqua paucis in Dei gloriam, in Christianæ fidei religionisq; defensionem, in vestri denique omniũ vtilitatem & salutẽ (ob quam vel rogatus & coactus huc concionatum venio) declarauero, præsertim oblata tanta nunc rei occasione & temporis opportunitate.

¶ Missam proinde definiunt esse singularem quandã ceremoniam & functionẽ sacerdotis, quũ ipse virtute Christi verborũ & potentia benedictionis & consecrationis in altari ex pane & vino corpus & sanguinẽ eiusdẽ conficit, simul & illius crucifixi sacrificiũ annuntiat adeo patri in omniũ salutẽ sub mysterio sacrificat, vtpote ab eodẽ in vltima ipsius cœna sit edoctus. Ex quibus sane verbis haud obscure percipimus missam, vtcunq; verbulum plane modicum & vnicũ, non neq; Grecũ, neq; Latinũ, sed Hebræum, non rem vnam sed res plures in se complecti, quę ad missam certo necessarioq; requiruntur.

¶ Primo quidem ad missam requiruntur singulares quædam cęremoniæ, partim à Christo, partim ab Apostolis eius successoribus institutæ, quibus tum verborum factis & habitu sacerdos repræsentat ea, quæ Christus in conficiunda missa, & in sua passione seruasse creditur. Siquidẽ singulares sunt cęrimoniæ,

quod

quod ipse dominus cœna facta vestes deposuerit, discipulorum pedes lauarit, illos dein docuerit, panem acceperit, benedixerit, fregerit, dederitq́ illis, dicens: Accipite & manducate & cætera. Quæ vel singula obseruat sacerdos & alia de quibus paulopost. Johan. 13. Matt. 26 Marc 14 Lucæ. 22

¶ Secundo, ad missam requiruntur panis & vinum, ex quibus corpus Christi viuificũ conficiatur, vtpote quibus vel solis rebus ad sui corporis conuersionem dominus ipse vsus est testibus Euangelistis & Paulo. Et hoc quidem ob aliquot rationes, 1. Cor. 11 quarũ Prima est, vt intelligeremus, hoc Eucharistiæ sacramento totum refici hominem, qui constat corpore, cui cibus est caro & panis, & anima, cui vinum naturalis est potus, qui repræsentatur sanguine, qui, vel scriptura teste, sedes est animæ. Secunda, vt prorsus insinuaret hoc sacramentum esse integrum & consummatũ alimentũ animæ, vt viuat, velut panis & vinũ perfecta sunt corporis alimonia. Vnde veritas ipsa: Caro (inquit) mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Qui manducat meam carnẽ, & bibit meũ sanguinẽ, habet vitam æternam. Tertia, vt similitudinem mystici corporis illa materialia signa nobis apertius indicaret. In quo multa membra ad vnum caput Christũ inter se charitate coalescũt, sicut ex multis granis tritici conficitur panis, & ex multis acinis racemisq́ vitis cõfluit vinũ. Siquidẽ cõmunione corporis Christi vnũ cũ Christo corpus efficimur mysticũ, ab illo non separandi, quoniam vnus panis & vnũ corpus (inquit Apostolus) sumus omnes qui de vno pane, & de vno calice participamus. Ecci. 29 Leui. 17 Psal. 103. Johan. 6. 1. Cor. 10.

¶ Tertio, ad missam conficiendã requiritur, non muliebris, non laica, sed virilis, & sacerdotalis persona, Chri & Apostolorũ successor, cuiusmodi est, qui legitime ordinatus est ab Episcopo, confirmato à sede Rhomana, adeoq́ à sede Apostolica, quæ hanc potestatẽ conficiẽdi missam adeoq́ corpus dñi recepit à diuo Petro Apostolorũ principe Christi p̃cipuo locũ tenente & ipse recepit à Christo, primo in veritate, & non neq́ in figura, neq́ vmbra sacerdote, qui primus sacram rem fecit, id est, missam celebrauit, quę res longe est sacratissima, quoniam cõtineat ipm Chri corpus & animã, sancta sanctorũ. Ille quidẽ à deo p̃re oleo lætitię. i. spũ sancto p̃ participibus suis vnctus, & vt esset sacerdos in æternũ iuxta ordinẽ Melchisedech institutus primã missam fecit, concelebrauitq́, quando potentia verborũ suorũ panẽ & vinũ in corpus & sanguinẽ suũ (vt auditũ est ex Matt. 16 Johan. 21 Psal 44. Lucæ 4 Psal. 109. Hebræ 7.

Euange-

Euangelio) cõuertit, seq́ꝫ mox ipsum illis inuisibiliter sub specie panis & vini dedit, inquiẽs: Accipite & manducate, &c: Obtulit
Johan. 3. & sacrificauit corpus suũ re ipsa, q̃ paulo post in ara crucis pro
Ephes. 2. redẽptione nr̃a deo patri ad recõciliationẽ & pacẽ inter ipm & nos faciendã morti amarissimæ tradidit. Suis vero apostolis & eorum successoribus sacerdotibus idẽ facere dedit & iussit, quũ facta prima Missa, ait ad duodecim discipulos, adeoq́ꝫ ad omnes
Lucæ. 22. illorum legitimos successores. Hoc facite. Nimirũ significans, hanc sacrificandi potestatem se non daturũ, nisi viris & apostolis & eorũ successoribus, cuiusmodi est vnusquisq́ꝫ legitimo more cõsecratus, ob id sacerdos dici cœptus, quod potissimum ad hoc sanctissimũ & dignissimũ faciendũ altaris sacrificiũ & offerendũ dedicatus sit, vt pote à re sacra, quæ Missa est, nomen sibi vendicans, alioqui presbyter, id est grandæuus & senior dictus, quod olim ob tantæ rei dignitatem & excellentiam non ordinabatur
1. Timo. 3. sacerdos, nisi qui ætate esset ac morum grauitate decoratus, ve-
Tit. 1. luti Paulus quoq́ꝫ non obscure aliàs indicat. Atq́ꝫ inde damnatur Primo, qui plerosq́ꝫ omnes, tam mulieres q̃ viros esse velint sacerdotes. Secundo, qui passim omnes, indiscriminatimq́ꝫ tam doctos, quàm indoctos, nec ætate, nec grauitate senes ad sacerdotium ordinant, vnde cœpit Christianismus haud parum toto orbe periclitari & scandalizari, vt alibi fusissime conquæstus sum.

¶Quarto requiritur ad Missam perficiendã fidelis verborũ, quibus Christus in prima Missa vsus est, prolatio & benedictio, quã dicimus consecrationẽ. Cuius & nõ sacerdotis virtute & potentia panis in Christi corpus & vinum in eius sanguinẽ, remanentibus speciebus ineffabiliter transmutatur. Adeo enĩ in Missa faciunda sacerdos nõ sua, sed Christi virtute operatur, vt inibi sacerdos non in sua, sed in persona Christi loquitur, qui nimirũ
Gene. 14 propterea dictus est sacerdos secundũ ordinem Melchisedech in æternum, quia corpus suum inuisibiliter per manus sacerdotis deo patri offert in nostri omnium salutem vsq́ꝫ ad cõsummationem seculi, quousq́ꝫ Missa, inuitis etiam omnibus inferorũ portis
Matt. 16 in cõtrarium euntibus, certo mansura est.

¶Nec sane dubitandũ est, quin sacerdos loco Christi cõstitutus virtute verborũ eiusdẽ ex pane corpus ipsius & ex vino sanguinẽ eiusdẽ facere possit, quum ipse dñs eisdẽ verbis idem fecerit

adhuc

adhuc cū discipulis in cœna præsens, mortalis & passibilis, quan Hiere. 23
to magis nunc cœlū & terram replēs inuisibiliter hoc facere po
test glorificatus, immortalis & impassibilis, maxime qui ab æter
no deus & homo in tempore, par & quidē longe maius (scriptu-
ra teste) fecit. Par vtiq;, quū vnico verbo, fiat, fecerit ex limo ter Gene. 2
ræ carnē & sanguinem, id est verū hominem, anima & corpore Sapie. 10
perfectū. Maius quoq;, quū ex plane nihilo cœlū & terram et ea Gene. 1.
uerit, verbo, fiat cœlū & terra. Nec mirū, quandoquidem ipse sit
omnipotens, qui omnia quæcunq; voluit fecit, ac verbo virtutis Psal. 134
suæ, vt Apostolus ait, omnia portat. Id quod & hodiernis tem- Hebræ. 1.
poribus à diebus apostolorum vsq; ad consummationem seculi
in persona facit sacerdotis, virtute suorū verborū ex pane suum
corpus viuificum faciens.

¶ Siquidē ea verba eandē habent nunc efficaciā, quā habuerūt Mat. 26
ab eo in persona propria in cœna prolata, vim suā vsq; ad finem
seculi seruantia: quemadmodū verba olim ab ipso prolata, Cres Gene. 1.
cite multiplicamini super terrā, sic adhuc vim suā retinēt, vt cun Gene. 8
cta creata adhuc suo loco & tempore crescant & multiplicētur.
Quod alioqui non possent nisi prædictorum verborum virtute,
cunctis etiam elementis opem ferentibus, quæ nihil per se pos-
sunt, vt quæ gubernantur per ipsum qui ea creauit, cuius nutui
parere coguntur & verbo. In cuius argumentū videmus aliquan
do pestem & famem sine quocunq; medio suboriri, elementis
nullam ad hoc causam & occasionem ministrantibus. Sic etiam-
num hac in parte credi par est, sola virtute verborum Christi ex
pane fieri eiusdem corpus, potentis minus, qui potuit & longe Esaiæ. 7.
maius, vtcunq; ea, nisi crediderimus (teste propheta) non intel-
ligemus. Et quia enim (inquit propheta regius) credidi, propter Psal. 115
quod loquutus sum. Siquidem fides hac in parte sit ipsius rei in-
tellectus. Qui vbi cum sensu hic deficit, sola fides sufficiet ad fir-
mandum cor syncerum, præstans supplementum defectui sen
suum. Hanc vero fidem facile habebimus Iesu Christi, qui men Iohā. 14
tiri nequit, quum sit ipsissima veritas. Ipse vero ait: Accipite &
manducate, Hoc est corpus meum. Et ne dubitaremus (vt ha-
ctenus hæretici factitant) sub specie panis verum suum esse cor-
pus, sed vel figuratiuum, vel repræsentatiuum, vel typicum, vel
accomodatū, subdit dicens, meū, & quod pro vobis tradetur. s.
paulò post in ara crucis. Hoc sane verbū, q̄a summæ est diuinæq;

veritatis, nobis pluris esse debuerit, quàm omniũ philosophorũ, sophistarũq; in cõtrariũ argumẽta, quae humano captu dũtaxat innituntur, verbũ vero Christi diuina potentia, cui nihil est impossibile. Qui vero credere nequeunt, cum apostolis petãt à deo sibi fidẽ augeri, vt & ipse suã adiuuet incredulitatem.

Luce. 1
Lucae 17.
Marci. 9

¶ Quinto ad missam requiritur, nõ modo, vt sacerdus loco & virtute Christi per benedictionẽ, cõsecrationẽ corpus dñi cõficiat & cõmunicet, sed & vt ipse sub mysterio illud deuota prece deo patri offerat in cõmemorationẽ dñi, id est, interprete apostolo, in renouationem & memoriam ineffabilis ipsius erga nos charitatis, quam nobis exhibuit in dominica passione, qua maior esse haud potuit, vt iugi ea charitate & passione sui filij pater ipse cœlestis moueri dignetur ad misericordiam, nobisq; clemẽter indulgere peccata nostra. Quorũ gratia ille passus est & sanguinem suum effudit, atq; huius sacramẽti sacrificium in prima missa cœnãs instituit, inquiens: Accipite & manducate, hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meã commemorationem. Et Paulus addit ex traditione, quam à domino Iesu accepit, dicens: Quotienscunq; manducabitis hunc panem & calicem bibetis, mortem domini annuntiabitis donec veniat scilicet ad iudicium, siquidem tantisper sit Christus sacramẽtaliter nobiscum futurus, qui deinceps veniet visibilis in forma humana, quemadmodũ cœlos ascendit.

1. Cor. 11.
Johan. 15
Esaiae. 53
1. Petri. 2.
1. Cor. 11.
Matt. 18
Actor. 1

¶ Atq; hinc est, quod missa à temporibus fermẽ apostolorum vsq; in hanc diem toto terrarũ orbe ab omnibus Christi fidelibus dici cœpit sacrificiũ, quo scilicet sacerdos deo patri filiũ Iesum vnigenitũ cũ memoria & renouatõe illius dñicę passionis offert in ministerio nõ eo. s. sacrificio, q̃ idẽ se obtulit in cruce, quę oblatio semel facta est, nõ reiterãda, sed eo quo. s. ipse dñs se adeoq; corpus suũ obtulit sub specie panis & vini, q̃d & adhuc in psona vniuscuiusq; sacerdotis facit, facietq; vsq; ad cõsumationẽ seculi, vt sit sacerdos in æternũ secũdũ ordinem Melchisedech, q sacerdos dei summi, figurã Christi gerẽs in figura obtulisse traditur panẽ, & vinũ, sub quorũ specie & Christus, adeoq; loco eius pro peccatis offert sacerdos corpus dñi cõ representatione illius oblatiõis, quæ in cruce olim facta est, vñ efficatiã sumit hodierna sacerdotis oblatio, vna & eadẽ cũ illa oblatio.

Hebrae. 9
Roma. 6.
Gene. 14.
Hebrae. 7.
Psal. 109.

¶ Accedit inter alia testimonia (q̃ suo loco abunde dedimus) nomen-

nomēclatura vocabuli missæ, q̃ sic appellat̃, q̃d Chrūs hostia ipsa
viua de patre ē cœlis ad nos demissa p̃ sacerdotē, q hac in parte Hebræ. 5
mediatoris vice fungit̃ inter deū & hominē remittat̃ deuotis p̃- 1. Cor. 5.
cibus p̃ modū oblatiōis sub mysterio & rep̄sentatiōe dñicæ pas-
sionis, vt deus p̄r intuitu eius remittat nobis pctā. Quæ vt q̃tidie
cōmittimus, ita q̃tidie hæc faciēda est p̃ sacerdotē oblatio, vt po
te instituta in locū iugis oblationis apud Iudæos olim in figura
fieri solitæ, qua sacerdos apud illos, q̃tidie immolabat̃ agn⁹ vnus
mane & alter vesperi. Sed qs est in veritate agnus ille, nisi Iesus Nume. 28
Chrūs, tollens sine macula pctā mūdi, cuius sola oblatio pura & Iohan. 1.
mūda deo q̃gratata accepta est, de qua proculdubio deus ipse ait:
Ab ortu solis vsq; ad occasum, magnū est nomē meū in gētibus, Malach.
& in om̄i loco sacrificat̃ & offert̃ noīe meo oblatio mūda. Quæ
nā possit esse oblatio illa mūda, nisi eius, q est sanctus sanctoꝝ, si- Daniel. 9.
ne macula agnus, qui peccatū nō fecit, sed ē cœlo descendēs pec Esaiæ. 53
catū aufert. Atq; profecto inqt apostolus: Pascha nostrū immo Iohā. 1.
latus est Chrs. Ille nimirū p̃ sacerdotē in Missa (q̃ & ab Hebræis 1. Cor. 5.
interpretat̃ oblatio spontanea, quā & sic appellat scriptura) deo Deute. 16
patri sub mysterio offert̃, vbi illi intuitu eius, ipsius amarissimæ
passionis in p̄sona totius ecclesię precatur vt nostra peccata no-
bis indulgere velit. Id q̃d indubie facit, quū eius filius sit vnicus il
le & solus, in quo sibi cōplacet pater cœlestis. Atq; hoc est, quod Matth. 3
ad cōfirmationē omniū ait apostolus. Om̄is nāq; pōtifex ex ho Marci 1.
minibus adsumptus pro hominibus cōstituitur in ĳs, quę sunt ad Heb. 5
deū, vt offerat dona & sacrificia pro peccatis, qm̄ & ipse circū-
datus est infirmitate, propterea debet, quēadmodū pro populo
ita etiā pro semetipso offerre pro peccatis.

¶ Nec obstat interim, quod vnicus sit Chrūs inter nos & deū 1. Tim. 2.
mediator teste Paulo: quādoquidē respondeo, Christū esse me-
diatorē vt hominē nō vt deū, quo mō admittit plerosq; omnes
sanctos vt secū quasi cōstatre suo apud deū patrē intermediant
pro peccatis. Id q̃d patet ex eodē ipso Paulo, dicēte: Vnus enim
deus, vnus & mediator dei & hominum, homo Christus Iesus, Ibidē.
qui dedit redemptionem semetipsum pro nobis. Ecce dicit ho-
mo Christus. Et nisi res sic haberet, frustra nobis præciperet Ia- Iacobi 5.
cobus, vt vnus pro altero deum oret. Siquidem multum valeat
assidua iusti deprecatio. Ea vero inte singulariter deputatus

 est in

veritatis, nobis pluris esse debuerit, quàm omniũ philosophorũ,
sophistarũq; in cõtrariũ argumẽta, quæ humano captu dũtaxat
innituntur, verbũ vero Christi diuina potentia, cui nihil est im-
Luce. 1 possibile. Qui vero credere nequeunt, cum apostolis petãt à deo
Lucæ. 17. sibi fidẽ augeri, vt & ipse suã adiuuet incredulitatem.
Marci. 9 ¶Quinto ad missam requiritur, nõ modo, vt sacerdos loco &
virtute Christi per benedictionẽ, cõsecrationẽ corpus dñi cõfi-
ciat & cõmunicet, sed & vt ipse sub mysterio illud deuota prece
deo patri offerat in cõmemorationẽ dñi, id est, interprete apo-
1. Cor. 11. stolo, in renouationem & memoriam ineffabilis ipsius erga nos
Johan. 15 charitatis, quam nobis exhibuit in dominica passione, qua ma-
ior esse haud potuit, vt iugi ea charitate & passione sui filij pater
ipse cœlestis moueri dignetur ad misericordiam, nobisq; clemẽ
ter indulgere peccata nostra. Quorũ gratia ille passus est & san-
Esaiæ. 53 guinem suum effudit, atq; huius sacramẽti sacrificium in prima
1. Petri. 2. missa cœnãs instituit, inquiens: Accipite & manducate, hoc est
corpus meum, quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meã com
1. Cor. 11. memorationem. Et Paulus addit ex traditione, quam à domino
Iesu accepit, dicens: Quotienscunq; manducabitis hunc panem
& calicem bibetis, mortem domini annunciabitis donec veniat
Matt. 18 scilicet ad iudicium, siquidem tantisper sit Christus sacramẽta-
Actor. 1 liter nobiscum futurus, qui deinceps veniet visibilis in forma hu
mana, quemadmodũ cœlos ascendit.
¶Atq; hinc est, quod missa à temporibus fermè apostolorum
vsq; in hanc diem toto terrarũ orbe ab omnibus Christi fidelibus
dici cœpit sacrificiũ, quo scilicet sacerdos deo patri filiũ Iesum
vnigenitũ cũ memoria & renouatiõe illius dñicæ passionis offert
in ministerio nõ eo. s. sacrificio, q̃ idẽ se obtulit in cruce, quæ ob-
Hebr. 9 latio semel facta est, nõ reiterãda, sed eo quo. s. ipse dñs se adeóq;
Roma. 6. corpus suũ obtulit sub specie panis & vini, q̃d & adhuc in psona
vniuscuiusq; sacerdotis facit, facietq; vsq; ad cõsumationẽ secu-
li, vt sit sacerdos in æternũ secũdũ ordinem Melchisedech, q sa-
Gene. 14. cerdos dei summi, figurã Christi gerẽs in figura obtulisse tradi-
Hebræ. 7. tur panẽ, & vinũ, sub quorũ specie & Christus, adeóq; loco eius
Psal. 109. pro peccatis offert sacerdos corpus dñi cũ representatione illius
oblatiõis, quæ in cruce olim facta est, vñ efficatiã sumit hodier-
na sacerdotis oblatio, vna & eadẽ cũ illa oblatio.
¶Accedit inter alia testimonia (q̃ suo loco abunde dedimus)
nomen-

nomēclatura vocabuli missæ, q̃ sic appellaſ, q̃d Chrūs hostia ipa
viua de patre è cœlis ad nos demissa p sacerdotē, q̃ hac in parte
mediatoris vice fungiſ inter deū & hominē remittat deuotis p̃- Hebræ. 5
cibus p modū oblatiōis sub mysterio & repſentatiōe dñicæ pas- 1. Cor. 5.
sionis, vt deus pr̃ intuitu eius remittat nobis pctā. Quæ vt q̃tidie
cōmittimus, ita q̃tidie hæc faciēda est p sacerdotē oblatio, vtpo
te instituta in locū iugis oblationis apud Iudæos olim in figura
fieri solitæ, qua sacerdos apud illos, q̃tidie immolabaſ agnꝰ vnus
mane & alter vesperi. Sed qs est in veritate agnus ille, nisi Iesus Nume. 28
Chrūs, tollens sine macula pctā mūdi, cuius sola oblatio pura & Johan. 1.
mūda deoq̃ grata accepta est, de qua proculdubio deus ipse ait:
Ab ortu solis vsq; ad occasum, magnū est nomē meū in gētibus, Malac. 1.
& in oīni loco sacrificaſ & offerſ noīe meo oblatio mūda. Quæ
nā possit esse oblatio illa mūda, nisi eius, q est sanctus sanctoꝝ, si- Daniel. 9.
ne macula agnus, qui peccatū nō fecit, sed è cœlo descendēs pec Esaiæ 53
catū aufert. Atq; profecto inq̃t apostolus: Pascha nostrū immo Johā. 6.
latus est Chrs. Ille nimiꝝ p sacerdotē in Missa (q̃ & ab Hebræis 1. Cor. 5.
interpretaſ oblatio spontanea, quā & sic appellat scriptura) deo Deute. 16
patri sub mysterio offerſ, vbi illū intuitu eius, ipsius amatissimæ
passionis in psona totius ecclesię precatur vt nostra peccata no-
bis indulgere velit. Id q̃d indubie facit, quū eius filius sit vnicus il
le & solus, in quo sibi cōplacet pater cœlestis. Atq; hoc est, quod Matth. 3
ad cōfirmationē omniū ait apostolus. Oīs nāq; pōtifex ex ho Marci. 1.
minibus adsumptus pro hominibus cōstituitur in ijs, quę sunt ad Heb. 5
deū, vt offerat dona & sacrificia pro peccatis, q̃m & ipse circū-
datus est infirmitate, propterea debet, quēadmodū pro populo
ita etiā pro semetipso offerre pro peccatis.

¶ Nec obstat interim, quod vnicus sit Chrūs inter nos & deū 1. Tim. 2.
mediator teste Paulo: quādoquidē respondeo, Christū esse me-
diatorē vt hominē nō vt deū, quo mō admittit plerosq; omnes
sanctos vt secū quasi cōfratre suo apud deū patrē intermediant
pro peccatis. Id q̃d patet ex eodē ipso Paulo, dicēte: Vnus enim Ibidē.
deus, vnus & mediator dei & hominum, homo Christus Iesus,
qui dedit redemptionem semetipsum pro nobis. Ecce dicit ho-
mo Christus. Et nisi res sic haberet, frustra nobis præciperet Ia- Jacobi 5.
cobus, vt vnus pro altero deum oret. Siquidem multum valeat
assidua iusti deprecatio. Ea vero inre singulariter deputatus

est in ecclesia sacerdos, qui & missam pro omnibus fidelibus facit, proq; vniuersis orat, semper numero multitudinis deprecans dicens: Oremus &c. vt aliâs oppidò multis ostendimus.

¶ Hactenus quid Missa sit, & quæ ad missam requirantur, & quid sacerdos sit, & quam ob causam institutus. Ex quibus modo perspicuũ euadit. Missam summæ esse dignitatis, veneratio-
Matt. 26 nis & vtilitatis. ¶ Primo, quòd eam Christus dei optimi filius
1. Cor. 11 idemq; noster rex regum, & dominus dominantium primus in-
Apoc. 19. stituerit, & primus celebrauerit. ¶ Secundo, quòd in ea pro no-
1. Timo. 6 bis sub mysterio idem pro redemptione nostra, pro gratia no-
Exo. 12 bis à Deo impetranda offertur intuitu ipsius dominicæ passio-
Matth. 5 nis, agnus paschalis, in quo ille vel solus placatur, eius causa nihil
Mar. 1 non propter nos facere paratus.

¶ Insuper ex dictis patet, sacerdotem in ecclesia summæ esse dignitatis, & tam om̃i veneratione dignũ, vt illius eximiam dignitatẽ nemo facile verbis consequi queat, vel quàmlibet facundus & disertus, vt quæ quorumlibet oratorum linguas vincat, &
Gene. 2 culmen eminentię cuiuslibet creaturæ. Etsi enĩ deus natura cunctos homines æquales, & nulla gradũum alteritate dispares creauerit, disponendarũ tamen rerum susceptum ministerium hos & illos cæteris prætulit & præfecit. Sed quis oro, vel in cœlis, vel in terris excellentius à Deo recepit ministerium præter sacerdotem, vt qui vel solus virtute diuina panem vitæ de cœlo pro-
Johan. 6 ferat & mortalibus & ad vitam æternam præparet, & in cuius manibus velut in vtero virginis filius Dei incarnatur, & penè mirabilius quàm in vtero virginis.

¶ Hæc enim & si in gratiæ plenitudine creaturas procul dubio supergrediatur vniuersas, Gerarchis tamẽ cædit Ecclesiæ in
Lucæ. 1 cõmissi mysterij executione. Illa nimirũ prolatis octo verbulis. Ecce ancilla dñi, fiat mihi secundũ verbũ tuũ, semel concepit dei filium & mundi redemptorem. Ipse à dño consecratus, quinq;
Matt. 26 verba (s per benedicta Trinitate cooperante) eundẽ Dei filiũ, &
Mar. 14 virginis aduocat quotidie corporaliter in sacrificiũ & purgatio
Lucæ 22 nem criminum. Hæc virgo benedicta (à cuius laude deficit om̃is
1. Cor. 11. lingua) natum dominum virgineis lactauit vberibus, contrectauit manibus, gestauit brachijs, ac mille huiusmodi infantibus Christi membris impendit obsequia, quibus educauit beatorum gloriam & terræ cibatorem. Iste cœlestem cibum, manna de

coelo

cœlo verum, angelorum videlicet panem, omne delectamentum in se habentē, ac dulcissimum cordis confirmatorem in crucis fixorio charitatis igne coctum ore sumit, & in hoc mundi deserto largitur cæteris, nempe viaticum ad terram promissis melle & lacte fluentem, id est, regionem viuentium. Deuter. 8 Josue 5 Psalm. 77 Sapien. 16 Johan. 6.

Atque sane non admiranda dignitas sacerdotis est illa, quod vno eodemq; momēto deus ille optimus maximus qui præsidet in cœlis, est in sacramento altaris? Hæc nimirū tam est admiranda & eximia sacerdotis excellentia, tam insignis inquā prærogatiua, vt eam stupeat cœlum, miretur terra, vereatur homo, horreat infernus, contremiscat diabolus, veneretur perquā plurimū angelus. Nec mirū, quādo ad sacerdotū dignitatē & autoritatē angelus ipse vel quamlibet nobilissima alioqui creatura adspirare non audeat ob hanc vnicā consecrandi potestatem. Nam cui vnquā angelorū aliquando dixit Deus, Hoc facite in meā commemorationem. Nullus profecto est. Imò quique angeli & archangeli tanto huic mysterio adsistunt, hocq; ipsum mirantur. Quia enī fidelium vel tico dubitet, qui in ipsa immolationis hora ad sacerdotis vocē cœlos aperiri, & in illo Iesu Christi mysterio angelorū choros adesse, summis ima sociari, terrena cœlestibus iungi, vnūq; ex visibilibus & inuisibilibus fieri.

¶Hinc est, quod ob hanc stupendā sacerdotū dignitatē scriptura sacerdotes non vana nec vulgati, sed multiplici & singulari nomenclatura appeller, vt quosmodo vocet angelos, dicēs: Labia sacerdotis custodiunt scientiā, quia angelus domini exercituum est, modo Prophetas, dicens: Nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari, modo deos, dicens: Vtriusq; causa ad deos, id est, sacerdotes perueniet, modo clericos, id est, de sorte domini, & quasi domini electos, & quasi ipsius peculiares, scriptura dicente: Dominus ipse est hæreditas eorum, sicut loquutus est illis, loquens illic de sacerdotibus: Quos vel ideo ipse dominus sibi soli velet, qui suo est loco, reseruandos voluit, nec à laicis vel lædendos, vel puniendos, vel onere, vel ministerio prophano grauandos. Malac. 2. Psal. 104. Exo. 22 Deuter. 18 Numer. 18

¶Atque hinc est, quòd Ecclesia toto terrarum orbe censuerit inuiolabile debere esse sacerdotium, & qui vim huic fecisset, piorum cœtu excluderetur, sicqúe pari cura datum, vt hic ordo primum inter homines locum sortiretur, magistratus & reges

 sacer-

sacerdotibus cæderent loco, nulli cogere aut capere fas esset, nisi pontificia permissu. Nec immerito, quũ ex iis, quę diximus, cõstet, tanto sacerdotalem dignitatem præeminere sublimitati secularis, quanto sol luna. Si enĩ regum fulgeri (inquit Ambrosius) compares & principũ diademati sacerdotalẽ dignitatẽ nõ secus feceris ac si plumbo cõparaueris aurũ. Siquidem tanto clericalis eminẽtia terrenos superet principatus, quãto animabus corpa, perpetuis trãsitoria, terrena cœlestibus superãtur.

¶Nec sanẽ hoc dixerim, vt sacerdotibus vllo modo adblãdiri conet, quum sic veritas habeat, nec vt aliquid inde capiam, qui nihil ambio, nec vt illi propterea sibi velint ipsis, vt pauones superbire cæterosq; adspernari, & se quasi nulli quoq; modo subiecto esse, verũ id ipsum hoc quidẽ loco recensui.

¶Primo, vt singuli eorũ deo gratias humillime agãt, quod eos ad tantæ dignitatis fastigium nõ suis meritis, sed mera gratia sua selegerit, alioqui per se omnino indignos, adeo vt vnusquisq; velit humillime dicere cum apostolo. Gratia dei sum id quod sum. (1.Cor.15)
Et profecto, non ex aliquo debito nec merito, sed ex solo diuinæ volũtatis beneplacito fit, vt sacerdos ipse, puluis & cinis deũ præsentẽ habeat manibus & oculis. Quę sanẽ indulgentia nulli nec angelorũ nec archangelorũ nec supernis spiritibus, sed soli homini, nec omni, sed ad id dũtaxat mysteriũ ordinato. Qui non immerito cũ propheta hãc ob functionẽ dicere posset. Quid est homo, qđ memor es ei⁹, aut filius hoĩm, qm̃ visitas eũ? Minuisti eũ paulõ minus ab angelis gloria & honore coronasti eũ, & cõstituisti eũ super opa manuũ tuarũ. Quæ nimirũ verba alibi fusius in hãc partẽ disputauimus. ¶Secundo ideo, qđ dictũ est dixi, vt sacerdos sit hoc animo humilior, q̃ est officio & ministerio altior, humiliãs se nõ modo sub potẽti manu dei, sed & corã omnibus hominibus, q̃rũ ipse esse debet, nõ dominator, sed minister, velut & dominus ipsum se fecit, ad primos illos sacerdotes inquiens: Quicunq; voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister. Et qui voluerit inter vos esse primus, erit vester seruus. Et hoc est, quod ad sacerdotes ait Apostolus. Nemini dantes vllam offensionem, vt non vituperetur ministerium nostrum, sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros in castitate, in scientia, in charitate non ficta, in verbo veritatis, &c. Et rursus: Sic existimet nos homo, vt ministros Christi & dispensatores mi

Marginal references: Gene. 18. — Psal 8. Hebræ. 2 — 1. Petri. 5. — Matt. 20. Marc. 10. Lucæ. 22. 2. Cor. 6. 3. Timo. 3 — 1. Cor. 4.

res ministeriorum dei deoq; humiliar, inquā, se clericus, vtcūq;
officio & ministerio sit dignissimus, scriptura docente: Quanto Ecclе.3
magnus es humilitate in omībus, & corā deo inuenies gratiam. Eccle.32.
Vnde & alia scriptura: Rectorem te, ait, constituerunt, noli ex-
tolli, esto in illis quasi vnus ex ipsis.

¶ Tertio hac quidem ratione dixi, vt vnusquisq; sacerdotum
considerans tantam suæ functionis dignitatē & eminentiam sa-
tagat eam sic ab omni labe immunem cōseruare, vt se sibi & a-
lijs bonis ac pijs virtutibus exornet, vtpote qui secundum salua-
torem esse debeat sal terræ, lux mundi, & candelabrū in domo: Matt.5.
minime qui verbo sapiētiæ & vitę exemplo q̄si lumē & cādelab:
sibi & alijs, qui in domo. i. in ecclesia sunt, luceat in via ad æternā
patriam, quum ipse persona communis nō minus ad aliorum q̄
ad suam salutem obligetur, qui & ideo pro se & pro alijs, teste a-
postolo, necessario rationē sit redditurus. Ac hoc est illud, quod Hebr.13
Paulus ad Timotheum perinde atque ad vnum quēquàm sacer-
dotem ait: Nemo adolescentiam tuam cōtemnat, sed exemplo 1.Tim.4.
esto fidelium in verbo, in conuersatione, in charitate, in fide, in
castitate. Hæc meditare, in ijs esto, vt profectus tuus manifestus
sit om̄ibus. Attende enim tibi & doctrinæ, insta in illis. Hoc em̄
faciens, & teipsum saluum facies & eos qui te audiunt. Atq; ideo
quo sacerdos dignitate & gratia maior est, hoc esse debet virtu-
te & bonitate excellētior. Qui nisi talis sed vitiosus fuerit longe
plus alijs ne dum coram hominibus vituperabitur, sed & durius
damnabitur, quādoquidē durius cadat, qui altè cadit. Sal em̄ in- Matt.5.
q̄t Chrūs, cū euanuerit, ad q̄d vltra valet, nisi vt mittatur foras, Marc.9
& cōculcetur ab hominibus? ¶ At quare, inq̄s, sacerdos male se Luce.14.
gerēs verbo aut facto durius alijs à deo venit puniēdus?

¶ Primo, q̄a suo exēplo alios peccare fecit, necessum est, vt &
pro alijs pœnā luat haud secus atq; pro suo pc̄tō, quum ipse pro-
pter dignitatē, si peccet, magis seducat, veluti cū bn̄ agit, magis
proficiat. Id quod dn̄s in Manasse rege Iuda & in Dauide, & c. sa 4.Reg.21
nis superq; euidēter ostēdit. ¶ Secūdo, qm̄ q̄ maiorem recepit 2.Reg.12
gratiā, velut sacerdos, maiorem debet exhibere gratitudinem,
quam nisi exhibeat, magis est puniendus ob tantam ingratitu-
dinem. Hinc magis punitur Iudas Ischarioth quam Pilatus, Iohan.19
quum ingratissimus iste magis quàm hic peccauerit. Et hoc est
quod Christus ait: Om̄i, cui multum datum est, multū quęretur Luc.12
ab eo,

ab eo,& cui commendauerunt multum, plus petent ab eo. Hinc
1.Tim. 4 est, quod tantopere Paulus in persona Timothei hortetur vnũquemq; sacerdotem, dicens: Noli negligere gratiam, quæ in te
est, quæ data est tibi per prophetiam cum impositione manuum
2.Cor. 6 presbyterij. Et idem ad Corinthios: Exhortamur (inquit) ne in
vacuum gratiam dei recipiatis.

¶ Eapropter oratos ex animo peruelim singulos ac vniuersos clericos haud aliter atq; confratres meos in domino longe charissimos, vt maxime pensi habeant, quales & quanti præ cæteris sint, & quantam à deo gratiã præ alijs acceperint, ne hac sua gratia male abutantur per vitæ inhonestatẽ, sed se tanta sua dignitata, authoritate, gratia & prærogatiua virtutũ meritis dignos reddere satagent, eosq; pudeat spurcissimis lenocinijs delectari, carnis & mundi illecebris pollui, qui ad tremendæ maiestatis sacrificium & mundissimũ animæ cibum præparandũ, consecrandum, offerendũ, sumendũ, & dispensandum ex plebeiorũ & populorum turba sunt adsumpti: Memores quæ in hæc verba dominus
Leuiti. 21. Deute. 16 de sacerdote in veteri testamẽto dicit: Omnis qui habet maculã
de semine Aaron, non offerat panes coram domino, nec accedat
ad ministeriũ eius. Et merito, quum iustum sit vel natura dictan
Esaiæ. 52 te, vt homo sancta sanctè pertractet, domino per Esaiam dicente: Mundamini, qui fertis vasa domini. Quales nisi fuerint, non
aberit, quin vel temporaliter, vel æternaliter, vel vtrinq; suppli-
Deute. 16 Leuiti. 21. cium ferent, domino rursum adfirmante, quũ ait: Sacerdotes qui
accedunt ad dominum, sanctificẽtur, ne percutiam eos. Id quod
2. Regũ 6 idem exemplo satis horrendo testatus est in Oza, quem archam
1. Para. 13 vtcunq; non temere tangentem, morte subitanea percussit, quũ
illi nõ licuerit istam tangere, quia prophanus fuerit. Si hoc isthuc
quid putemus futurũ cum his, qui peccatis plusq̃ dici phas sit ob-
Iohan. 6. uoluti nõ modo archam, sed & manna illud verum de cœlo plus
quàm indigne tractant, & maxime, quod olim de panibus pro-
1. Regũ. 13 positionis haud licuerit edere eis, qui cũ mulieribus fuerant coinquinati? Discite proinde iustitiam moniti, & nõ temnere diuos
ô vos sacerdotes, quibus non satis tuta est conscientia, sed prorsus cauteriata.

¶ Iam vero ex his, quæ dicta sunt, in quæstionẽ venit, qua quærunt, An malus ex persona sacerdos, vtpote quia multipharium peccator, æque vt bonus Missam faciat, & corpus domini con-

secret

 132

secret, & an malus quoq; sacerdos intuitu cōditiōis, qua fungitur à nobis sit honorādus? Initio dixerim neminē ilicò iudicandū eē malū, nisi cuius ita manifeste opa sint mala, vt ex fructibus eūdē Matth. 7 Luc. 6
ter agnosci possit. Alioqui bene sentiēdū suaserim de vnoquoq; ob charitatem, quæ malum non cogitat, sed vel media quæq; po 1. Cor. 13
tius in bonam quā malam vertit partem. Iuxta dominū dicentem: Nolite iudicare, vt non iudicabimini. Quem subsequitur Apostolus, dicens: Nolite ante tempus iudicare, quoadusq; ve- Matth. 7
niat dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarū, & mani 1. Cor. 4
festabit consilia cordium & tunc laus erit vnicuiq; à deo. Hisce vero hunc ad modū præmissis.

¶ Primo responderim ad primā quæstionis partem, intra ecclesiam catholicā in ministerio corporis & sanguinis domini nihil à bono maius, nihil à malo minus perfici sacerdote, & quidē.

¶ Primo, quoniā non in merito consecrantis, sed in verbo efficitur creatoris & spiritus sancti virtute.

¶ Secundo, quoniā potestas consecrationis conferatur in charactere sacerdotali, qui vt impressus semp manet, ita semper & manet potestas cōsecrandi, quæ in illo fundatur. Characterē vero semper manere, nec vllo etiam peccato corrumpi constat, quoniā forma sit supernaturalis à deo creata, quæ per nullā creaturam corrumpi potest virtutem, veluti nec character tollitur à deo propter quodcunq; peccatū, vt qui ipsum homini etiam in peccato mortali existenti, etiam actu peccandi, conferat, veluti Caiphæ potestas prophetizandi data erat, vel quãlibet sy- Iohan. 11.
moniaco, auaro, & ambitioso.

¶ Tertio, quoniā potestas consecrandi non consistit in gratia gratū faciēte, sed in gratia gratis data, quæ quū etiam duret in reprobis (quoniam non ad meritum, sed ad vtilitatem ecclesiæ & gloriam dei detur) necessum est, vt & potestas in ipsa cōstans duret in malis & reprobis, qui si ea gratia indigne & in peccatis abu-
tuntur se pœnæ gehennæ obnoxios faciunt, quū talentum sibi Matt. 25
traditum ad vsurā domino non exponunt. Ad hunc sane modū Lucæ. 19
Balaam æthnicus & iniquus prophetizauit de Christo nascitu- Num. 24
ro. Hoc quoq; pacto pharisæi & sacerdotes parum æqui sedebāt Matt. 23
super cathedram Mosi, qui etsi sacerdotia indigni essent, vtpote auari, superbi, symoniaci, hypocritæ, sua tamen gratia gratis data, vsi sunt in aliorū vtilitatē, quandoquidem deus ipse eorū fun-

& ctionem

ctionem & benedictionẽ prorsus ratã habuerit & firmã, nec vti-
litatem alijs nõ merẽtibus subtraxit. Ita nimirũ ille potestatẽ co-
gnitionis lepræ nõ abstulit, quam ex ordine habebãt, dicens ad
Lucæ. 17. leprosos, ite, ostendite vos sacerdotibus. Ita quoq; Cayphas Si-
Johan. 11. moniacus idẽq; multo nomine pessimus ex suo ordine, qã esset
pontifex illius, prophetia de Christo passuro & humanũ genus
redempturo haud quaq̃ est destitutus. Et Iudas etiãnũ facile ini-
quissimus & omniũ pessimus sua gratia gratis data, vtpote præ-
dicandi & baptizandi, &c. sic cũ alijs vsus est, vt neminem eorũ
Matt. 10 legerimus rebaptizatum, quos ipse baptizauit ex officio, quum
Johan. 4 interim rebaptizati sint, quos baptizauit Iohãnes Baptista, pro-
pheta multo sanctiss. Siquidẽ ille habuerit noui sacerdotij ordi-
nem & characterem, hic vero minime. Nec dubitãdum, quin &
Iudas cõsecrare corpus domini potuisset, ratamq; habuisset do-
minus consecrationẽ, vtcunq; malignus in gratia nõ fuerit, quũ
in cœna domini cum alijs ordinaretur sacerdos, vtpote q̃d post
Johan. 13 buccellam panis in eum satanas intrauerit. Adde multos olim e-
iusmodi dona spiritus sancti habuisse, vt & in Christi nomine
prophetarent & dæmonia eijcerẽt cæterosq; actus apostolicos
exercerent, qui tamen operarij iniquitatis fuere, vt eos appellat
Matt. 7. dominus. Et quare, Quia, dico, ex officio, quo (vtcũq; indigne)
fungebant à deo habebãt illã potestatẽ, cõsistẽtẽ in gratia gratis
data. Cuiusmodi gratia & donũ spũs sancti nõ ad meritũ alicuius
singulariter, sed ad dei gloriã, ad vtilitatẽ ecclesiæ ædificãdæ, &
plerũq; ratiõe officij & ordinis dari solet, & sic sine cuius merito.

¶In hoc enĩ genus sacramẽtis & rebus in ecclesia semper offi-
cij publici, nõ personæ priuatę, quæ ministrat, habenda est ratio
sed eius, qui dat administrationem authoritas & potestas cõside-
ratur, qua totum is, qui malus est, agit, fungẽs inibi sua ex gratia
gratis data potestate delegata, quæ à solo deo data est & cõcessa,
1. Cor. 3 quũ nõ qui plãtat vel rigat, sed q̃ incremẽtum dat deus, aliqd est,
suã potestatẽ tam per bonos q̃ per malos (seruata ecclesiæ for-
ma) æque exercens. Atq; hoc quidẽ modo tã bonus q̃ malus sa-
cerdos missam cõficit, nec ipsa boni meritis ampliatur, nec mali
demeritis attenuat, & hoc ratione delegatæ potestatis, authori-
tatis & functionis à deo, qui inibi præcipue facit & operatur.

¶Ex ijs e uestigio perspicua euadit altera quæstio, num & no-
bis æque malus ex persona sacerdos sit honorandus, vt bonus?

Respon-

Respondeo, vtrûq; æque à nobis esse honorandum intuitu delegatæ potestatis & functionis à deo, qui honoratur & cui honor accedit, qui & spernitur, vbi ille adspernatur, eo ipso ad suos sacerdotes, inter quos erat Petrus & Iudas, & alij deinde scandalizati, dicens: Qui vos audit, me audit, qui vos spernit, me spernit. Et rursus: Super cathedram Mosi sederunt scribæ & pharisæi, quæ dicunt facite, quæ autem faciunt, nolite facere. Ecce enim quanquàm ipse dominus nosset eos esse improbos & iniqua facere, non tamen ab eis populum adducebat, sed ipsis honorem debitum exhiberi voluit. Nec id quidem solum alijs præcepit, verumetiam ipse suo exemplo nobis faciendum ostendit, vtpote qui illos vbiq; vel quàmlibet iniquos, quoad licuit, honorauerit, eos nedum digno nomine sacerdotes appellans, sed & ad eos leprosos, vtcunq; mundatos, dirigens, eis offerre munus (quod iure diuino erat offerendum) præcipiens. Qui etiam quum postea tēpore passionis alapam accepisset à seruo sacerdotis, quiq; ei dixisset. Sic respōdes pōtifici? Aduersum pōtificē ipse cōtumeliose nihil dixit, nec qcq̄ de sacerdotis honore detraxit, sed innocētiā suā magis asserēs & ostendens. Si male, inqt, loquutus sum exprobra de malo. Quē sanè magistrū Opt. Paul⁹ discipul⁹ lōge Opt. deinde sequutus est. Qui cū contra legē ex mādato summi pontificis percuteretur, & ipse ignarus personæ pontificis quodammodo in pontificē murmuraret, statim resciens se excusauit humilime, dicēs: Nesciebā, fratres, quia pontifex est, Scriptū enī est, principi plebis tuæ nō maledices. Vidēs quàm aplus tātus eū veneratus est sacerdotē, qui etiā dño iam crucifixo sacrilegus, impius & cruentus esse cœpisset: nimirū arguens, vt ipsi q̄q; honoraremus sacerdotes vtcūq; malos, nō vtiq; eorū psonas, sed officiū, sed functionē eorū, sed & potestatem in eis quæ à deo est, cui q resistit ordinationi diuinæ resistit, imò deo, q in ipsis præcipue honoraf, cuius sunt isti loco cōstituti. Et hoc est, q̄d deinde Petrus iubet: Serui, inquiens, subditi estote, in omni timore dominis, non tantum bonis & modestis, sed etiam discolis, siquidem subiecti simus omni humanæ creaturæ propter deum, nempe qui obedientiam sic præcipiens inibi præcipue honoretur.

Matt. 10
Luce. 10.
Matt. 23
Luce. 17.
Iohan. 18
Actor. 23
Exodi. 22
Roma. 13.
1. Petri. 2.

¶Soluta proinde ad hūc est modum vtraque quæstio, nimirum, sacerdotes tam malos quàm bonos, seruata Ecclesiæ for-

ma & intentione missam facere posse, simulq; hosce & illos propter deum & officiũ, quod sanctũ est, & à deo institutũ, honorandos. Nec interim obstabit. Primo, quod dominus comminetur
Malac. 2. malis sacerdotibus, inquiens: Maledicam benedictionibus ve-
Amos. 5 stris. Et rursus per Amos: Holocaustomata & munera vestra
Eccl. 34. non suscipiã. Et scriptura: Dona (inquit) iniquorũ non probat altissimus, & cætera. Responderi potest: Dominũ his verbis non tollere quod illi ex officio, quo funguntur, agunt, sed subindicare, illorũ munera, benedictiones, & hoc genus alia, quæ per se bona sunt, ipsis, qui ũ in peccatis indignè illis funguntur, non modo non prodesse, sed & maximè ob indignã tractationem obesse, quis interim alijs prosint. Fieri quidẽ quit, vt bñdictio alicuius, ei, q bñdicit in bonũ cedat, ipsi vero q bñdicit, eadẽ bñdictio in malũ
Matth. 7 proueniat. Quẽadmodũ illis, q quũ nõ sequerent Christũ, in noĩe tñ ipsius bñdicebãt obsessos à dæmonibus. Et illi quidẽ liberabant illi vero q bñdictiõibus suis alios liberabãt, & ex hoc gloriã & lucrũ apud hoĩes quærebant, reprobati sunt à deo, ceu paulo supius pfati sumus. In hoc sane casu hmõi dona spũalia esse pñr beneficia ex parte irascentis dei, ex parte misererẽtis dei. Irascentis enim dei sunt, quoniam hæc illi præstat iratus, vt tanto damnabilior fiat, male his vtens: Beneficiũ vtiq; irascentis dei susceperant hi, qui
Roman. 1 (vt est apud Apostolũ) eum cognouissent deũ, non sicut deũ glorificarunt, sed euanuerunt. Et hi de quibus Psaltes diuinus: Ve-
Psalm. 72 runtamen (inquit) propter dolos posuisti eis, deiecisti eos, dum alleuarentur. Miserentis hæc eadẽ dei sunt, quoniã ex sua ineffabili misericordia ad vsum Ecclesiæ alicui, vtcũq; indigno, præstat, quibus vtatur in officijs suis, ne occasione illorũ pereant sacramenta eiusdẽ Ecclesiæ suæ, quibus ipsa carere nequit. Atque nimirũ licet quorundam sacerdotũ vita multipharia reprobasit, & quæ agunt, deo possint esse ingrata, credi tamen æquũ est, eos per merita & orationes Ecclesiæ, cui adhuc adhærent, adiuuari, vt rata sint officia eorum in sacramentis, quæ ad vsum Ecclesiæ pertinent.

¶ In summa & si publica personatatione functionis indigna quicquã agit & illicite, tamen alijs, quod recta intentione agit, prodest, vtcũq; sibi noceat: quippe, quod deus ipse pro sua erga suos charitate (quatenus ad communitatem attinet) pie acceptat propter fidem Ecclesiæ & vniuersalem potestatem, qua ille ex

officio

officio fungitur: haud tamen est, quin indigne faciens plurimũ peccet, pœnamq́ prorsus horrendam sit propterea suscepturus. Psal. 49.
Ad eum quidẽ deus inquit: Quare tu enarras iustitias meas &c. Arguam te & statuam contra faciem tuam.

¶Non est igitur, vt sacerdos suo officio indigne fungens sibi blandiatur quasi irreprehensibilis ob dignitatem gratiæ sibi gratis datæ, verũ hoc magis sibi timeat, quo maiori dignitate præfectus est à deo, memor, scriptura teste: Grauius iudicari de his, Sapiæ.6.
qui in seculo plus habuerũt potestatis. Iudicium quoq; futurum longe durissimũ his, qui præsunt. Exiguo enim concessum iri misericordiam. Potentes autem potenter tormenta passum iri. Cogitent proinde sacerdotes vniuersi sub quam dubia alea sint positi, quanũm onus susceperint, qui nũc non pro suis tantum, sed Hebræ.13
pro aliorum quoq; animabus rationem reddere obligantur. Qui si mali sunt, de ipsis primo requiretur supplicium, domino per Hieremiam dicente: Et à sanctuario meo incipite &c. Fietq; de- Hiere.9
mum fortassis (vel saltem per mortem) vt si suis commissis talentis male vsi fuerint, ea cum sua pernicie & confusione aliis tradere cogentur, domino quoq; dicente: Tollite itaq; talentum, & Matt.25
date ei, qui habet decem talenta. Sed hac de re in nostris Centuriis passim copiose monuimus.

¶Iam vero demũ inquit quispiam, si, velut ex scriptura docuisti, sacerdotes indiscriminatim missam facere possunt, estq́ (vt traditur) missa vniuscuiusq; per se bona & fructuosa, quum eam in persona Ecclesiæ sacerdos faciat, quid tum causæ est, quod ad primas, quas dicunt, missas, plerique omnes frequentius, copiosius & feruentius quàm ad alias confluunt, nunquid eæ sunt cæteris meliores? Respondeo: Missam (vt antea dixi) ex sua substantia esse missam & bonam, & alteram vnam non esse meliorem, à quolibet tandem illa fiat, sed ad primas missas (vt sic dixerim) vniuersos (vt hactenus comperimus) frequentius confluere ob duas potissimũ rationes; quarũ Prima est, vt sic per plures agantur gratiæ deo optimo, quod tantam gratiã, scilicet celebrandæ missæ sacerdoti nouicio contulerit qua sub cœlo maior non est. Solet enim deo maior gratiarũ actio per plures coadunatos agi quàm per paucos, præsertim disiunctos, vt aliàs ex Paulo docuimus in Centuriis. Atq; ita nimirum propterea ad primitias sacerdotis plures quàm ad alias missas conueniunt, vt sic nouicio sacerdoti

& 3 detan-

de tanta gratia & dignitate cõcorditer, pieq; gratulent, interim grati deo ob immẽsam eius misericordiã, qua dignatus sit tantã in terris homini cõferre potestatẽ, quã nec angelis cõtulit.

¶ Secũda, quoniã homines tã frequẽter eo cõuenientes sperãt, se à deo facilius & gratiosius exaudiri in ijs, quæ in eorũ salutẽ ex institutione Ecclesiastica à deo deprecatur nouicius sacerdos, vt quẽ in principio sui officij multas ob causas arbitrẽtur esse alijs, qui nũc adsueti sunt sua functione, deuotiorẽ, puriorẽ, attẽtiorẽ religiosiorẽq;, ac ob id eum à deo Opt. Max. efficatius petere, & petita facilius & citius impetrare, & hãc quidẽ ob causam suas illas primas oblationes & ꝑces reliquis & sequẽtibus magis eẽ acceptas & maxime ꝑcipuas. ¶ Ac inde est, q̃d primæ sacerdotũ Missæ appellari toto terrarũ orbe ceptæ sint primitiæ, quasi ꝑcipue missæ, quoniã primitiæ sint primi fructus terræ, q̃s olim ceu
Nume. 18. maxime ꝑcipuos deus in recognitionẽ sui, q̃d cõtulisset, benefi-
Deute. 18. cij, sacerdotibus suo loco offerri ꝑcepit. Proinde non immerito hac de causa Missæ primæ alijs ceu efficatiores ab hominibus frequẽtant. Quãobrẽ sacerdotes maxime nouitij se modis omnibus diligẽter ꝑparare debuerint ad deuotionẽ, vt tũ vel in primis digne sacra faciant, memores hoc ipsum se debere & sibi & alijs ma-
Heb. 5. gnopere cõducere. Quũ enim ipsi sint, authore Paulo, mediatores
2. Cor. 5. inter deũ & hoĩes, qui populo dei præcepta ꝑdicãdo deferũt, & vota populi deo supplicãtes porrigũt, oportet vtiq; eos esse tales, q deo grati sint & hominibus. Qũo enim mediator, quũ non sit vnius sed pluriũ, discordes poterit recõciliare, q vni à vtriusq; societatis & amicitiæ vinculo nõ est cõcors? Nõne enim (vt res habet) si q mittit ad intercedẽdũ displicẽs, irati animus ad deteriora prouocat? Dent igit operã sacerdotes, vt se sua dignos gerãt functione, memores se non sibi dũtaxat, sed & alijs seruire, nec à deo, nisi sanctos & ꝑ pœnitentiã mundatos exaudiri.

Nec abesse queat, quin illi hoc facilius in necessitatibꝰ populi, pro q̃bus clamãt, exaudiãtur, q̃ sunt verbo & facto digniores, cuiusmodi speramus & optamus eẽ sacerdotes in primis nouicios. Id
Psal. 109. quod faxit Chrũs Iesus, sacerdos ille in æternũ secũdũ ordinem
Heb. 7. Melchisedech, summus ac verus idemq; naturalis dei & homi-
1. Timo. 2. num mediator. Amen.

¶ Soli deo Opt. Max. laus, decus & gloria.

¶Coloniæ, apud honestum ciuem Petrum Quentell. Anno à natali Christiano. M. D. XXXI. mēse Augusto.